PERSII
SATIRAE
ETC.

SAEC. XV

ITTI
gl.
VII
948

SEZIONE MAGLIABECHIANA
BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE
Mss
Magl.
Classe
VII
Codice
948
Provenienza
Lami

D.940.

VII
VAR.

Poemata &c

ECF: LONTE

LABRA

PROL VI

CABALLINO

Nec in bicipiti somniasse parnasso
Memini me ut repente sic poeta prodirem
Heliconiadasq; pallidamq; pirenem
Illis relinquo quorum imagines lambunt
Hedere sequaces: ipse semipaganus
Ad sacra uatum carmen affero nostrum
Quis expedit psithaco suum chere ; expedinit
Picasq; docuit nostra uerba conari :
Magister artis ingeniiq; largitor
Venter negatas artifex sequi uoces
Quod si dolosi spes refulserit nummi
Coruos poetas et poetridas picas
Cantare credas pegaseum melos p pegaseum

Prefatio explicit

Curas hominum o quantum
est in rebus inane
Quis leget hec? min tu istud
ais nemo hercule nemo
Vel duo uel nemo turpe et mi
serabile quare
Ne mihi polidamas et troyades labeonem
Pretulerint nuge: non si quid turbida roma
Eleuet accedas examen ue improbum in illa
Castiges trutina nec te quesiueris extra

ex museo March. de Sterlich

Nam rome quis non ah si fas dicere sed fas
Tum cum ad canitiem et nostrum istud vivere triste
Aspexi ac nucibus facimus quecumque relictis
Cum sapimus patruos tunc tunc ignosciate nolo
Quid faciam sed sum petulanti splene cachinno
Scribimus inclusi numeros ille hic pede liber
Grande aliquid quod pulmo anime prelargus anhelet
Scilicet hec populo pexus togaque recenti
Et natalitia tandem cum sardonice albus
Sede legens celsa liquido cum plasmate guttur
Mobile collueris patranti fractus ocello
Hic neque more probo videas neque voce serena
Ingentes trepidare titos cum carmina lumbum
Intrant et tremulo scalpuntur ubi intima versu
Tum vetule auriculis alienis colligis escas
Auriculis quibus et dicas cute perditus ohe
Quid didicisse nisi hoc fermentum et quod semel intus
Innata est rupto iecore exierit caprificus
En pallor seniumque o mores usque adeo ne
Scire tuum nihil est nisi te scire hoc sciat alter
At pulchrum est digito monstrari et dicere hic est
Ten cirratorum centum dictata fuisse
Pro nihilo pendas ecce inter pocula querunt
Romulide saturi quid dia poemata narrent
Hic aliquis cui circum humeros iacinthina leva est
Rancidulum quiddam balba de nare locutus
Phillidas hypsiphilas vatum et plorabile siquid
Eliquat ac tenero supplantat verba palato
Assensere viri nunc non cinis ille poete
Felix nunc levior cippus nunc imprimit ossa
Laudant convive nunc non e manibus illis
Nunc non e tumulo fortunataque favilla
Nascentur viole rides ait et nimis uncis
Naribus indulges an erit qui velle recuset
Os populi meruisse et cedro digna locutus
Linquere nec scombros metuentia carmina nec thus

Margin (left page, right): dicier
Margin (left page, left): alterum
Margin (left page, left): cedro
Margin (left page, left): linquere

Quisquis es o modo quem ex adverso dicere feci
Non ego cum scribo si forte quid aptius exit
Quando hec rara avis est si quid tamen aptius exit
Laudari metuam neque enim mihi cornea fibra est
Sed recti finemque extremumque esse recuso
Euge tuum et belle nam belle hoc excute totum
Quid non intus habet non hic est ylias acci
Ebria veratro non si qua elegidia crudi
Dictarunt proceres non quicquid denique lectis
Scribitur in citreis calidum scis ponere sumen
Scis comitem horridulum trita donare lacerna
Et verum inquis amo verum mihi dicite de me
Qui pote vis dicam nugaris cum tibi calve
Pinguis aqualiculus propenso sexquipede extet
O iane a tergo quem nulla ciconia pinxit
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas
Nec lingue quantum sitiat canis apula tantum
Vos o patritius sanguis quos vivere fas est
Occipiti ceco et postice occurrite sanne
Quis populi sermo est quis enim nisi carmina molli
Nunc demum numero fluere ut per leve severos
Effundat iunctura ungues scit tendere versum
Non secus ac si oculo rubricam dirigat uno
Sive opus in mores in luxum in prandia regum
Dicere res grandes nostro dat musa poete
Ecce modo heroas sensus afferre videmus
Nugari solitos grece nec ponere lucum
Artifices nec rus saturum laudare ubi corbes
Et focus et porci et fumosa palilia feno
Unde remus sulcoque terens dentalia quintius
Quem trepida ante boves dictaturam induit uxor
Et tua aratra domum lictor tulit euge poeta
Est nunc briseis quem venosus liber acci
Sunt quos pacuviusque et verrucosa moretur
Antiopa erumnis cor luctificabile fulta
Hos pueris monitus patres infundere lippos

Margin (right page, left): alterum
Margin (right page, right): qui
Margin (right page, right): versus
Margin (right page, right): at quirites

Cum uideas querís nec quem cum hoc sartago loquendi
Venerit in linguas, unde istud dedecus inquo
Trossulus exultat tibi per subsellia leuis
Nil ne pudet capiti non posse pericula cano
Pellere quin tepidum hoc optes audire decenter
Fur es ait pedio pedius quid crimina rasis
Librat in anthitetis doctas posuisse figuras
Laudatur bellum hoc bellum est an romule ceues
Men moueat quippe et cantet si naufragus assem
Protulerim cantas cum fracta te in trabe pictum
Ex humero portes, nec uerum nocte paratum
Plorabit qui me uolet incuruasse querela
Sed numeris decor est et iunctura addita crudis
Claudere sic didicit uersum Berecinthius athis
Et qui ceruleum dirimebat nerea delphin
Sic elprostam subduximus appennino — longo
Arma uirum non ne hoc spumosum et cortice pingui
Vt ramale uetus pregrandi subere coctum
Quidnam igitur tenerum et laxa ceruice legendum est
Torua mimalloneis impleuerunt cornua bombis
Et raptum uitulo caput ablatura superbo
Bassaris et lincem menas flexura corimbis
Euchion ingeminat reparabilis assonat eccho
Hec fierent si testiculi uena ulla paterni
Viueret in nobis summa delumbe saliua
Hoc natat in labris et in udo est menas et attis
Nec pluteum cedit nec demorsos sapit ungues — alibi cedit
Sed quid opus teneras mordaci radere uero
Auriculas uide sis nec maiorum tibi forte
Limina frigescant sonat hic de nare canina
Littera per me equidem sint omnia protinus alba
Nil moror euge omnes bene mire eritis res
Hoc iuuat hic inquis ueto quisquam faxit oletum
Pinge duos angues pueri sacer est locus extra
Meiite discedo sicut lucilius urbem
Te lupe te muti et genuinum fregit in illis

Omne uafer uitium ridenti flaccus amico
Tangit et admissus circum precordia ludit
Callidus excusso populum suspendere naso
Men mutire nephas nec clam nec cum scrobe nusquam
Hic tamen infodiam uidi ipse libelle
Auriculas asini quis non habet hoc ego opertum
Hoc ridere meum tam nil nulla tibi uendo
Yliade audaci quicunque afflate cratino
Iratum eupolidem pregrandi cum sene palles
Aspice et hec forte aliquid decoctius audis
Inde uaporata lector mihi ferueat aure
Non hic qui in crepidas graiorum ludere gestit
Sordidus et lusco qui possit dicere lusce
Sese aliquem credens italo quod honore supinus
Fregerit eminas areti edilis iniquas
Nec qui abaco numeros et secto in puluere metas
Scit risisse uafer multum gaudere paratus
Si cinico barbam petulans nonaria uellat
His mane edictum post prandia calliroedo — calliore

Hunc macrine diem numera meliore lapillo — macrine
Qui tibi labentes apponit candidus annos
Funde merum genio
Non tu prece poscis emaci
Que nisi seductis nequeas committere diuis
At bona pars procerum tacita libabit acerra
Haud cuiuis promptum est murmurque humilesque susurros
Tollere de templis et aperto uiuere uoto
Mens bona fama fides hec clare et ut audiat hospes
Illa sibi introrsum et sub lingua murmurat o si
Ebulliat patruus preclarum funus et o si — ebulliat
Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro

Hercule pupillu͂ ue ut que proximus heres
Impello expu͂gam naq; et scabiosus et acri
Bile tumet nerio iam tertia ducitur uxor
Hec sancte ut poscas tyberino i gurgite mergis
Mane caput bis terq; et noctem flumie purgas
Heus age responde minimu͂ e qd scire laboro
De ioue quid sentis: e ne ut pponere cures
Hunc cuinam cui nam stagio uis scilicet heres
Quis potior iudex pueris ne q̄s aptior orbis
Hoc igitur quo tu iouis aurem impellere tentas
Dic age dum stagio proh iuppiter o bone clamet
Iuppiter at sese no clamet iuppiter ipse
Ignouisse putas: quia cu͂ tonat ocius ilex
Sulphure discutitur sacro q̄ tuq; domusq;
An quia no fibris ouium ergennaq; iubente
Triste iaces lucis euitandumq; bidental
Idcirco stolidam prebet tibi uellere barbam
Iuppiter aut q̄ nam e qua tu mercede deorum
Emeris auriculas pulmone et lactibus unctis
Ecce auia aut metuens diuu͂ matertera cunis
Exemit puerum frontemq; atq; uda labella
Infami digitis et lustralibus ante saliuis
Expiat urentes oculos inhibere perita
Tunc manib; quatit et spem macra͂ supplice uoto
Nunc licini in campos nc crassi mittit i edes
Hunc optent generu͂ rex et regina puelle
Hunc rapiant quicqd calcauerit hic rosa fiat
Ast ego non mando nutrici uota negato
Iuppiter hec illi q̄uis ablata rogarit
Poscis opem neruis corpusq; fidele senecte
Esto age sed grandes patine tuccetaq; crassa
Annuere his superos uetuere iouemq; morant
Rem struere exoptas ceso boue mercuriuq;
Accersis fibra da fortunare penates
Da pecus et gregibus fetu͂ quo pessime pacto
Tot tibi cum flamas iuncum omta liquescant

Attamen hic extis et opimo uincere ferto
Intendit iam crescit ager ia crescit ouile
Iam dabitur iam iam donec deceptus et expes
Nequicq̄ fundo nummus suspiret in imo
Si tibi crateras argenti i cusaq; pingui
Auro dona feram sudes et pectore leuo
Excutias guttas letari ptrepidum cor
Hinc illud subyt auro sacras q ouato
Perducis facies na fratres inter aenos
Somnia pituita qui purgatissima mittunt
Precipui sunto sitq; illis aurea barba
Vestalesq; urnas et tuscum fictile mutat
O curue in terris anime et celestiu͂ i anes
Quid iuuat hos templis nr̄os i mitte mores
Et bona dys ex hac scelerata duce pulpa
Hec sibi corrupto casiam dissoluit oliuo
Hec calabrum coxit uitiato murice uellus
Hec bacham conche rasisse et stringere uenas
Feruentis masse crudo de puluere iussit
Peccat et hec peccat uitio tn̄ utit at uos
Dicite pontifices in sancto quid facit aurum
Nempe hoc qd ueneri donate a uirgine pupe
Quin damus id superis de magna qd dare lance
Non possit magni messale lippa propago
Compositum ius fasq; aimi sanctosq; recessus
Mentis et incoctum generoso pectus honesto
Hec cedo ad moueam templis et farre litabo
Aurum uasa nume saturniaq; impulit era

Empe hec assidue iam clarum mane fenestras
Intrat et angustas ext̄dit lumine rimas
Stertimus indomitum q despumare falernum

Sufficiat quinta dum linea tangitur umbra
En quid agis siccas insana canicula messes
Iam dudum coquit et patula pecus oē sb ulmo ē
Vnus ait comitum verū? ne ita ne ocius adsit
Huc aliqs nemon turgescit vitrea bilis;
Findor ut archadie pecuaria rudere dicas (credas)
Iam liber et bicolor positis membrana capillis
Inq; manus carte nodosaq; venit harūdo
Tum queritur crassus calamo q pendeat humō
Nigraq; infusa vanescat sepia limpha:
Dilutas queritur geminet qd fistula guttas
O miser inq; dies ultra miser huccine rer
Venimus at cur non potius teneroq; columbo
Et similis regum pueris pappare minutū
Poscis et iratus mamme lallare recusas.
An tali studeam calamo cui vba qd istas
Succinis ambages tibi ludr effluis amens
Contendere sonat vitium pcussa malione. (malingne)
Respondet viridi nō cocta fidelia limo:
Vdum et molle lutū es nūc nūc ppandꝰ et acri
Fingendus sine fine rota sȝ rure paterno
Est tibi far modicum purū et sine labe salinū
Quid metuas cultrixq; foci secuta patella
Hoc satis an deceat pulmonē rumpe ventis
Stemmate q tusco ramum millesime ducis
Censoremue tuum ut qd trabeate salutas.
Ad populum faleras ego te intus et ī cute novi
Non pudet ad morem distincti vivere nacte.
Sed stupet hic vitio et fibris increvit opimū
Pingue caret culpa nescit qd pdat et alto
Demersus summa rursus nō bullit ī unda
Magne pater divum sevos punire tyrannos
Haud alia rōe velis cum dira libido
Moverit ingenium ferventi tincta veneno
Virtutem videāt intabescātq; relicta
Anne magis siculi gemuerunt aera iuvenci

Et magis auratis pendens laquearibꝫ ensis
Purpureas subter cervices terruit Imus
Imus precipites qm̄ si sibi dicat et intus
Palleat infelix q proxima nesciat uxor
Saepe oculos memini tangebā pāvus olivo
Grandia si nollem morituri verba catōis
Discere ab insano multum laudāda magrō
Que pater adductis sudās audiret amicis
Iure et enim id summuȝ qd dext̄ senio ferret
Scire erat in voto damnosa canicula qītum
Raderet anguste collo nō fallier orce
Heu quis callidior bussum torquere flagello
Haud tibi inexpertum curvos deprendere mores
Queque docet sapiens brachatis illita medis
Porticus insomnis qbus et dentosa iuventus
Invigilat siliquis et grandi pasta polenta
Et tibi que samios diduxit littera ramos
Surgentem dextro monstravit limite calle.
Stertis adhuc lapsumq; caput compage soluta
Oscitat externum dissutis undiq; malis
Est aliquid quo tendis et ī quo dirigis artus
Elleborum frustra cū iam cutis egra tumebit.
Poscentes videas venienti occurrite mōbo
Quicquid opus cratero magnos pmictē montes
Discite vos miseri et causas cognoscite rer.
Quid sumus aut quid nā victuri gigīmur ordo
Quis datus aut mete q̄ mollis flexus et un
Quis modus argenti qd fas optare qd asper
Vtile nummus habet patrie carisq; ppinqs
Q̄tum elargiri deceat quem te deus esse
Iussit et humana qua pte locatus es ī re.
Disce neq; invideas multa fidelia puteti
In locuplete penu defensis pinguibꝫ umbris
Et piper et perne et marsi monumēta clientis
Menaq; q prima nō dum defecerit orca
Hic aliquis de gente hircosa centurionum

An passim sequeris corvos: testaq; lutoq;:
Securus quo pes ferat atq;
extpe vivis:

Dicat quod satis est sapio mihi non ego curo
Esse quod archesilas erumnosique solones
Obstipo capite et figentes lumine terram
Murmura cum secum et rabiosa silentia rodunt
Atque exporrecto trutinantur uerba labello
Egroti ueteris meditantes somnia gigni
De nihilo nihil in nihilum nil posse reuerti
Hoc est quod palles cur quis non prandeat hoc est
His populus ridet multumque thorosa iuuentus
Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos
Inspice nescio quid trepidat mihi pectus et egris
Faucibus exuberat grauis halitus inspice sodes
Quod dicit medico iussus requiescere postquam
Tertia compositas uidit nox currere uenas
De maiore domo modice sitiente lagena
Lenia loturo sibi surrentina rogauit
Eus bone tu palles nihil est uideas tamen istud
Quicquid id est surgit tacite tibi lutea pellis
At tu deterius palles ne sis mihi tutor
Iam pridem hunc sepeli tu restas perge tacebo
Turgidus hic epulis atque albo uentre lauatur
Gutture sulphureas lente exalante mephites
Sed tremor inter uina subit calidumque triental
Excutit e manibus dentes crepuere retecti
Uncta cadunt laxis tunc pulmentaria labris
Hinc tuba candele tandemque beatulus alto
Compositus lecto crassisque lutatus amomis
In portam rigidos calces extollit at illum
Hesterni capite induto subiere quirites
Tange miser uenas et pone in pectore dextram
Nil calet hic summosque pedes attinge manusque
Non frigent uisa est si forte pecunia siue
Candida uicini subrisit molle puella
Cor tibi rite salit positum est algente catino
Durum olus et populi cribro decussa farina
Temptemus fauces tenero latet ulcus in ore

Putre quod haud deceat plebeia radere beta
Alges cum excussit membris timor albus aristas
Nunc face supposita feruescit sanguis et ira
Scintillant oculi dicisque facisque quod ipse
Non sani esse hominis non sanus iuret orestes

Em populi tractas barba
tum crede magistrum
Dicere sorbitio tollit quem
dira cicute
Quo fretus dicas magni
hoc pupille pericli
Scilicet ingenium et rerum prudentia uelox
Ante pilos uenit dicenda tacendaque calles
Ergo ubi commota feruet plebecula bile
Fert animus calide fecisse silentia turbe
Maiestate manus quid deinde loquere quirites
Hoc puto non iustum est illud male rectius illud
Scis etenim iustum gemina suspendere lance
Ancipitis libre rectum discernis ubi inter
Curua subit uel cum fallit pede regula uaro
Et potis es nigrum uitio prefigere theta
Quin tu igitur summa nequicquam pelle decorus
Ante diem blando caudam iactare popello
Desinis anticiras melior sorbere meracas
Que tibi summa boni est uncta uixisse patella
Semper et assiduo curata cuticula sole
Expecta haud aliud respondeat hec anus i nunc
Dinomaches ego sum suffla sum candidus esto
Dum ne deterius sapiat pannucea baucis
Cum bene discincto cantauerit ocima uerne
Ut nemo in sese temptat descendere nemo
Sed precedenti spectatur mantica tergo
Quesieris nostin uectidi predia cuius
Diues arat curibus quantum non miluus oberret

Hunc ais hunc dys iratis genio sinistro
Qui quandoq; iugum pertusa ad compita figit
Seriole ueterem metuens deradere limum
Ingemit hoc bene sit tunicatum cū sale mordēs
Cepe et farratam pueris plaudentibus ollā
Pannosam fecem morientis sorbet aceti
At si unctus cesses et figas i cute solem
Est prope te ignotus cubito q̃ tangat et acre
Despuat in mores penem archanaq; lumbi
Runcantem populos marcentes pādere uuluas
Tu cum maxillis balanatū gausape pectas
Inguinibus quare detōsus gurgulio extat
Quinq; palestrite licet hec plantaria uellat
Elixasq; nates labefactent forcipe adunca
Non tamen ista filix ullo mansuescat aratro
Cedimus inq; uicem p̄bemus crura sagittis
Viuitur hoc pacto sic nouimus ilia subter
Cecum uulnus habes sz lato baltheus auro
Protegit ut mauis da uerba et decipe neruos
Si potes egregiū cum me uicinia dicat
Non credam uiso si palles impbe nūmo
Si facis i penem quicquid tibi uenit amarus
Si puteal cautus mlta i bice flagellas
Nequicq; populo bibulas donaueris aures
Respue q nō es tollat sua munera cerdo
Tecum habita et noris q̃ sit tibi cūta suppellex

Vatibus hoc mos est centum
sibi poscere linguas
Centum ora et uoces ca
ptare i carmina centū
Fabula seu mesto ponat
hiando tragedo
Vulnera seu parthi ducētis ab iguine ferrū
Quorsum hec aut q̃tas robusti carminis offas
Ingeris ut par sit centeno gurgite niti
Grande locuturi nebula helicone leguto
Si quibus aut progne aut si q̃b; holla thieste
Feruebit sepe insulso cenanda glicōi
Tu neq; anelanti coquitur dū massa camino
Folle premis uentos nec clauso murmure raucus
Nescio quid tecum graue cornicaris inepte
Nec scloppo tumidas intēdis rūpe buccas
Verba toge sequeris iunctura callidus acri
Ore teris medico pallentes radere mores
Doctus et ingenuo culpā diffigere ludo
Hinc trahe que dicis mensasq; relinq; micenis
Cum capite et pedibus plebeiaq; prandia noris
Non equidem hoc studeo pullatis ut m̄ nugis
Pagina turgescat dare pondus idonea fumo
Secreti loquimur tibi nunc orante camena
Excutienda damus p̄cordia q̃taq; nostre
Pars tua sit cornute anime tibi dulcis amice
Ostendisse iuuat pulsa dignoscere cautus
Quid solidum crepet et picte plectoria lingue
Hic ego centenas ausim deposcere uoces
Vt q̃tum m̄ te insinuoso pectore fixi
Voce traham pura totūq; hoc uerba resignet
Quod latet archana nō enarrabile fibra
Cum primum pauido custos et purpura cessit
Bullaq; succintis laribus donata pependit
Cum blandi comites totaq; in pune subura
Permisit sparsisse oculos iā candidus umbo
Cumq; iter ambiguum ē et uite nescius error
Deducit trepidas ramosa i compita mentes
Me tibi supposui teneros tu suscipis annos
Socratico cornute sinu tu fallē solers
Apposita intortos extendit regula mores

Et premitur ratione animus vincique laborat
Artificemque tuo ducit sub pollice vultum
Tecum etenim longos memini consumere soles
Et tecum primas epulis decerpere noctes
Unum opus et requiem pariter disponimus ambo
Atque verecunda laxamus seria mensa
Non equidem hoc dubites amborum foedere certo
Consentire dies et ab uno sidere duci
Nostra vel aequali suspendit tempora libra
Parca tenax veri seu nata fidelibus hora
Dividit in geminos concordia fata duorum
Saturnumque gravem nostro Iove frangimus una
Nescio quid certe est quod me tibi temperat astrum
Mille hominum species et rerum discolor usus
Velle suum cuique est nec voto vivitur uno
Mercibus hic Italis mutat sub sole recenti
Rugosum piper et pallentis grana cumini
Hic satur irriguo mavult turgescere somno
Hic campo indulget hunc alea decoquit ille
In venerem putris sed cum lapidosa chiragra
Fregerit articulos veteris ramalia fagi
Tunc crassos transisse dies lucemque palustrem
Et sibi iam seri vitam ingemuere relictam
At te nocturnis iuvat impallescere cartis
Cultor enim iuvenum purgatas inseris aures
Fruge Cleantea petite hinc iuvenesque senesque
Finem animo certum miserisque viatica canis
Cras hoc idem cras fiet quid quasi magnum
Nempe diem donas sed cum lux altera venit
Iam cras externum consumpsimus ecce aliud cras
Egerit hos annos et semper paulum erit ultra
Nam quamvis prope te quamvis temone sub uno
Vertentem sese frustra sectabere cantum
Cum rota posterior curras et in axe secundo
Libertate opus est non hac qua quisque Velina

Publius emeruit scabiosum tesserula far
Possidet heu steriles veri quibus una Quiritem
Vertigo faciat: hic Dama est non tressis agaso
Vappa lippus et in tenui farragine mendax
Verterit hunc dominus momento turbinis exit
Marcus Dama papae Marco spondente recusas
Credere tu nummos Marco sub iudice palles
Marcus dixit ita est assigna Marce tabellas
Haec mera libertas hanc nobis pilea donant
An quisquam est alius liber nisi ducere vitam
Cui licet ut voluit licet ut volo vivere non sum
Liberior Bruto mendose colligis inquit
Stoycus hic aurem mordaci lotus aceto
Haec reliqua accipio licet illud et ut volo tolle
Vindicta postquam meus a pretore recessi
Cur mihi non liceat iussit quodcumque voluntas
Masuri excepto si quid rubrica vetavit
Disce sed ira cadat naso rugosaque sanna
Dum veteres avias tibi de pulmone revello
Non pretoris erat stultis dare tenuia rerum
Officia atque usum rapide permittere vite
Sambucam citius caloni aptaveris alto
Stat contra ratio et secretam garrit in aurem
Ne liceat facere quodquid vitiabit agendo
Publica lex hominum naturaque continet hoc fas
Ut teneat vetitos inscitia debilis actus
Diluis elleborum certo compescere puncto
Nescius examen vetat hoc natura medendi
Navem si poscat sibi peronatus arator
Luciferi rudis exclamat Melicerta perisse
Frontem de rebus tibi recto vivere talo
Ars dedit et veri speciem dignoscere calles
Ne qua subaerato mendosum tinniat auro
Quaeque sequenda forent quaeque evitanda vicissim
Illa prius creta mox haec carbone notasti
Es modicus voti presso lare dulcis amicis

Iam nunc astringas iam nunc granaria laxes
Inque luto fixum posses transcendere nummum
Nec gluto sorbere salivam mercurialem
Hec mea sunt teneo cum vere dixeris esto
Liberque hac sapiens pretoribus ac Iove dextro
Sin tu cum fueris nostre paulo ante farine
Pelliculam veterem retines et fronte polita
Astutam vapido servas sub pectore vulpem
Que dederam supra relego funemque reduco
Nil tibi concessit ratio digitum exere peccas [digitū]
Et quid tam parvum est sed nullo thure litabis
Hereat in stultis brevis ut semuncia recti
Hec miscere nephas nec cum sis cetera fossor
Tris tantum ad numeros satiri moveare batilli [subdite]
Liber ego unde datum hoc sumis tot subdite rebus
An dominum ignoras nisi quem vindicta relaxat
I puer et strigiles crispini ad balnea defer
Si increpuit cessas nugator servitium acre
Te nihil impellit nec quicquam extrinsecus intrat
Quod nervos agitet sed si intus et in iecore egro
Nascuntur domini qui tu impunitior exis
Atque hic quem ad strigiles scutica et metus egit herilis
Mane piger stertis surge inquit avaricia et eia [mariti]
Surge negas instat surge inquit non queo surge
Et quid agam rogitas en saperdam advehe ponto
Castoreum stupas hebenum thus lubrica choa
Tolle recens primus piper et sitiente camelo
Verte aliquid iura sed Iuppiter audiet heu heu
Varo regustatum digito terebrare salinum
Contentus pages si vivere cum Iove tendis
Iam pueris pellem succinctus et oenophorum aptas
Ocius ad navem nihil obstat quin trabe vasta
Egeum rapias ni sollers luxuria ante
Seductum moneat quo deinde insane ruis quo
Quid tibi vis calidi sub pectore mascula bilis
Intumuit quam non extinxerit urna cicute

Tun mare transilias tibi torta canape fulto
Cena sit in transtro veientanumque rubellum
Exalet vapida lesum pice sessilis obba
Quid petis ut nummi quos hic quincunce modesto
Nutrieras pergant avidos sudare deunces
Indulge genio carpamus dulcia nostrum est
Quod vivis cinis et manes et fabula fies
Vive memor leti fugit hora hoc quod loquor inde est
En quid agis duplici in diversum scinderis hamo
Huncine an hunc sequeris subeas alternus oportet
Ancipiti obsequio dominos alternus oberres
Nec tu cum obstiteris semel instantique negaris
Parere imperio rupi iam vincula dicas
Nam et luctata canis nodum abripit et tamen illi
Cum fugit a collo trahitur pars longa cathene
Dave cito hoc credas iubeo finire dolores
Preteritos meditor crudum cherestratus unguem
Abrodens ait hec an siccis dedecus obstem
Cognatis et rem patriam rumore sinistro
Limen ad obscenum frangam dum crisidis undas
Ebrius ante fores extincta cum face canto
Euge puer sapias dis depellentibus agnam
Percute sed censen plorabit dave relicta
Nugaris solea puer obiurgabere rubra
Ne trepidare velis atque artos rodere casses
Nunc ferus et violens at si vocet haud mora dicas
Quid nam igitur faciam nec nunc cum arcessat et ultro
Supplicet accedam si totus et integer illinc
Exieris nunc nunc hinc hic quod querimus hoc est
Non in festuca lictor quam iactat ineptus
Ius habet ille sui palpo quem ducit hiantem
Cretata ambitio vigila et cicer ingere large
Rixanti populo nostra ut floralia possint
Aprici meminisse senes quid pulchrius at cum
Herodis venere dies unctaque fenestra
Disposite pinguem nebulam vomuere lucerne

Portantes uiolas rubrumque amplexa catinum
Cauda nata thinni tumet alta fidelia thimo
Labra moues tacitus recutitaque sabbata palles
Tum nigri lemures ouoque pericula rupto
Tum grandes galli et cum sistro lusca sacerdos
Incussere deos inflantes corpora si non
Predictum ter mane caput gustaueris alli
Dixeris hec inter uaricosos centuriones
Continuo crassum ridet fulsanius ingens
Et centum grecos curto centusse licetur

Dmouit iam bruma foco
te basse abino.
Iam ne lira et thetrico
uiuunt tibi pectine corde.
Mire opifex numeris
ueterum primordia uocum
Atque marem strepitum fidis intendisse latine
Mox iuuenes agitare iocos et pollice honesto
Egregios lusisse senes mihi nunc ligus ora
Intepet hibernatque meum mare qua latus ingens
Dant scopuli et multa littus se ualle receptat.
Lunay portum est opere cognoscite ciues
Cor iubet hoc enni postquam destertuit esse
Meonides quintus pauone ex pictagoreo
Hic ego securus uulgi et quid preparet hauster
Infelix pecori securus et angulus ille
Vicini nostro quia pinguior et si adeo omnes
Ditescant orti peioribus usque recusem
Curuus ob id minui senio aut cenare sine uncto
Et signum in uapida naso tetigisse lagona.
Discrepet his alius geminos horoscope uaro
Producis genio solis natalibus est qui
Tingat olus siccum muria uafer in calice empta
Ipse sacrum irrorans patine piper hic bona dente

Prandia magna nimis peragit puer utar ego utar.
Nec rombros ideo libertis ponere lautus.
Nec tenuem solers turdorum nosse saliuam
Viue tenus propria fas ut granaria messe
Emole quid metuis occa et seges altera in herba
Ast uocat officium trabe rupta brutica saxa
Prendit amicus inops remque omnem surdaque uota
Condidit yonio iacet ipse in littore et una
Ingentes de puppe dei iamque obuia mergis
Costa ratis lacere nunc et de cespite uiuo
Frange aliquid largire inopi ne pictus oberret.
Cerulea in tabula sed cenam funeris heres
Negliget iratus quod rem curtaueris urne
Ossa inodora dabit seu spirent cinnama surdum
Seu ceraso peccent casie nescire paratus
Tu ne bona incolumis minuas et bestius urget
Doctores graios ita fit postquam sapere urbi
Cum pipere et palmis uenit nostrum hoc maris expers
Fenisece crasso uitiarunt unguine pultes.
Hec cinere ulterior metuas at tu meus heres
Quisquis eris paulum a turba seductior audi.
O bone num ignoras missa est a Caesare laurus:
Insignem ob cladem germane pubis et aris
Frigidus excutitur cinis ac iam postibus arma
Iam clamides regum iam lutea gausapa uictis
Essedaque ingentesque locat cesonia renos
Dis igitur genioque ducis centum paria ob res
Egregie gestas induco quis uetat aude.
Ve nisi conniues oleum aut ocreasque popello
Largiar an prohibes dic clare aut adeo non inquis
Exossatus ager iuxta est age si mihi nulla
Iam reliqua ex amitis patruelis nulla proneptis
Nulla manet patrui sterilis matertera uixit
Deque auia nihilum superest accedo bouillas
Cliuumque ad uirbi presto est mihi manius heres
Progenies terre quere ex me quis mihi quantus

Sit pater haud prompte dicã tam addet unũ
Unũ etiam terre ẽ iam filius et mihi ritu
Manius hic generis prope maiõ auiculus erit
Qui prior es cur me ĩ decursu lampada poscas
Sum tibi mercurius uenio deus huc ego ut ille
Pingitur an renuis num tu gaudere relictis
Deest aliquid summe minui mĩ sʒ nõ tibi totũ
Quicquid id est ubi sit fuge q̃rere qd mĩ quõdã
Legarat tadius neu dicta repone paterna
Fenoris accedat merces hĩc exime sumptus
Quid reliquum est reliquum nũc nũc ĩpensius ung
Unde puer caules ĩ festa ore coquatur
Urtica et scissa fumosum sinciput aure
Ut tuus iste nepos olim satur anseris extis
Cum morosa uago singultiet ĩguine uena
Patritie ĩmei et uulue mi trama figure
Sit reliqua ast illi tremʒ omento et popa uetus
Unde animam lucro mercare atq; excute solers
Omne latus mundi nec sit p̃stantior alter
Cappadocas rigida pingues pauisse chatasta
Rem duplica feci iã triplex iam mihi quãto
Iam decies reddit ĩ rugã depinge ubi sistã
Inuentus crisippe tui finitor acerui

D. IUNII IUVENALIS SATYRARUM LIBER PRIMUS FELICITER INCIPIT

SEMPER

iuuenalis

EGO

alior

AUDITOR

TANTUM

NUQ̃NE

REPONAM

Vexatus totiens rauci theseide codri
Impune ergo mihi recitauerit ille togatas:
Hic elegos impune diẽ ꝯsumpserit ingens
Thelefus: aut summi plena iam mãgine libri
Scriptus et intergo, nec dum finitus horestes
Nota magis nulli domus ẽ sua: q̃ mihi lucus
Martis. et eolijs uicinum rupibus antrum
Vulcani quid agant uenti quas torq̃ueat umbras
Eacus unde alius furtiue deuehat aurum
Pellicule q̃tas iaculetur monicus ornos
Frontonis platani ꝯuulsaq; marmora clamet
Semp & assiduo rupte lectore columne
Expectes eadem a summo minimoq; poeta
Et nos ergo manum ferule subduximus: & nos
Ꝯsilium dedimus sylle priuatus ut altum
Dormiret. stulta est clementia (cũ tot ubiq;
Vatibus occurras) periture parcere carte.

Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo
Per quem magnus equos auruncę flexit alumnus
Si uacat et placidi rationem admittitis edam
Cum tener uxorem ducat spado meuia tuscū
Figat aprum et nuda teneat uenabula mamā
Patritios omnes opibus cum puocet unus
Quo tondente grauis iuueni mi barba sonabat
Cum pars niliacę plebis cum uerna canopi
Crispinus tyrias humero reuocante lacernas
Ventilet estiuum digitis sudantibus aurum
Nec sufferre queat maioris pondera gemmę
Difficile ē satyram nō scribere namqs iniq;
Tam patiens urbis tam ferreus ut teneat se
Causidici noua cū ueniat lectica mathonis
Plena ipso post hunc magni delator amici
Et cito rapturus de nobilitate comesa
Plau. Quod superest quem massa timet quē munē palpat
tumidam palpo percutit Carus et a trepido thimele summissa latino
Latinus habuit rem cum Cum te summoueant qui testamenta merent
agripina Neronis matre Noctibus in celum quos euehit optima summi
Nunc uia processus uetulę uessica beatę
Vnciolam proculeius habet sed gillo deuncem
Partes quisq; suas ad mensuram inguinis heres
Accipiat. sane mercedem sanguinis et sic
Palleat ut nudis pressit q calcibus anguem
Aut lugdunensem rethor dicturus ad aram
Quid referam quanta siccum iecur ardeat ira
Cum populum gregibus comitū premit hic spoliatō
Pupilli prostantis at hic damnatus inani
Iudicio quid enim saluis infamia nummis
Exul ab octaua marius bibit et fruitur dijs
Iratis. at tu uictrix prouincia ploras
Hec ego nō credam uenusina digna lucerna
Hec ego non agitem sed quid magis heracleas
Aut diomedeas aut mugitum laborinthi
Et mare percussum puero fabruq; uolantem

Cum leno accipiat mechi bona (si capiendi
Ius nullum uxori) doctus spectare lacunar
Doctus et ad calicem uigilanti stertere naso
Cum fas esse putet curam spectare cohortis
Qui bona donauit presepibus et caret omni
Maiorū censu dum peruolat axe citato
Flaminiā puer automedon nam lora tenebat
Ipse lacernatę cum se iactaret amicę
Nonne libet medio ceras implere capaces
Quadriuio cum iam sexta ceruice feratur
Hinc atq; inde patens ac nuda pene cathedra
Et multum referens de mecenate supino
Signator falso qui se lautum atq; beatum
Exiguis tabulis et gemma fecerit uda
Occurrit matrona potens quę molle calenū
Porrectura uiro miscet sitiente rubetā
Instituitq; rudes melior locusta ppinquas
Per famam et populū nigros efferre maritos
Aude aliquid breuibus gyaris et carcere dignū
Si uis esse aliquid probitas laudatur et alget
Criminibus debent ortos ptoria mensas
Argentum uetus et stantē extra pocula caprū
Quem patitur dormire nurus corrupto auare
Quem sponse turpes et pretextatus adulter.
Si natura negat. facit indignatio uersum
Qualemcūq; potest qualē ego uel cluuienus
Ex quo deucalion nimbis tollentibus equor
Nauigio montem ascēdit sortesq; poposcit
Paulatimq; animas caluere mollia saxa
Et maribus nudas ostendit pyrra puellas
Quicquid agunt homines uotū timor ira uoluptas
Gaudia discursus nři ē farrago libelli
Et quando uberior uitiorū copia quando
Maior auaritię patuit sinus. alea quando
Hos animos. neq; enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabulę. posita sed luditur arca

P relia q̄ta illic diſpenſatore uidebis
A rmigero ſimplex ne furor ſextertia centū
P erdere et et horrenti tunicā nō reddere ſuo
Q uiſ totidem erexit uillaſ qſ fercula ſeptem
S ecreto cenauit auus nūc ſportula primo
L imine parua ſedet turbe rapienda togate
I lle tamen faciem priuſ inſpicit et trepidat ne
S uppoſitus uenias et falſo nomine poſcaſ
A gnituſ accipies. iubet a p̄cone uocari
I pſoſ troiugenas nam uexant limen et ipſi
N obiſcum da pretori da deinde tribuno
S ed libertinus prior ē prior inquit ego adſum
C ur timeam dubitem ue locum defendē q̄uiſ
N atuſ ad eufraten molles qđ in aure feneſtre
A rguerī licet ipſe negem ſed quinq; taberne
Q uadrigenta parant quid ꝯfert purpura maio
O ptandum ſi laurenti cuſtodit in agro
C onductaſ coruinus oues ego poſſideo plus
P allante et licinis expectent ergo tribuni
V incant diuitie ſacro nec cedat honori
N up in hanc urbem pedibuſ qui uenerat albis
Q uandoquidem inter noſ ſanctiſſima diuitiaꝝ
M aieſtas & ſi funeſta pecunia templo
N ondum habitaſ nullas numoꝝ erexim⁹ aras
V t colitur pax atq; fides uictoria uirtus
Q ueq; ſalutato crepitat concordia nido
S ed cum ſummuſ honor finito computet anno
S portula quid referat q̄tum rationibus addat
Q uid facient comites q̄bꝫ hinc toga calceus hic ē
E t paniſ fumuſq; domi denſiſſima centum
Q uadrantes lectica petit ſequiturq; maritū
L anguida uel pregnās et circūducitꝝ uxor
H ic petit abſenti nota iam callidus arte
O ſtendenſ uacuam et clauſā p coniuge ſellam
G alla mea ē inquit citiuſ dimitte moraris
P rofer galla caput noli uexare quieſcet

I pſe dieſ pulchro diſtinguitꝝ ordine rerꝝ
S portula deinde forum iuriſq; peritus apollo
A tq; triumphales inter quaſ auſuſ habere
N eſcio quiſ titulos egyptiuſ atq; arabarches
C uiuſ ad effigiem non tantum meiere faſ eſt
V eſtibuliſ abeunt ueteres laſſiq; clientes
V otaq; deponunt q̄q̄ longiſſima cene
S pes homini caules miſeriſ atq; igniſ emēdus
O ptima ſiluaꝝ interea pelagiq; uorabit
R ex horum uacuiſq; toris tantū ipſe iacebit
N am de tot pulchris et latiſ orbibꝫ et tam
A ntiquiſ una comedit patrimonia menſa
N ullus iam paraſituſ erit ſed quiſ ferat iſtas
L uxurie ſordeſ quanta ē gula que ſibi totos
P onit apros animal propter ꝯuiuia natū
P ena tamen preſens cū tu deponiſ amictus
T urgidus et crudum pauonē ī balnea portas
H inc ſubite mortes atq; inteſtata ſenectus
I t noua nec triſtiſ p cunctaſ fabula cenas
D ucitꝝ iratiſ plaudendum funus amicis
N il erit ulteriuſ qđ nr̄is moribꝫ addat
P oſteritaſ eadem cupient facientq; minores
O m̄e in precipiti uitium ſtetit utere uelis
T otoſ pande ſinuſ dicaſ hic forſitan unde
I ngenium par materie ē unde illa prioꝝ
S cribendi quodcūq; animo flagrante liberet
S I mplicitas cuiuſ nō audeo dicere nomen
Q uid refert dictiſ ignoſcat mucius an non
P one tigilinum teda lucebiſ in illa
Q ua ſtantes ardent qui fixo gutture fumāt
& latum media ſulcum deducit arena
Q ui dedit ergo tribuſ patruuſ aconita uehatꝝ
P enſilibuſ plumiſ atq; illinc deſpiciat nos
C um ueniet contra digito compeſce labellum
A ccuſator erit qui uerbum dixerit hic eſt
S ecuruſ licet eneam rutulumq; ferocem

Commictas nulli grauis est percussus achilles
Aut multum quesitus hylas urnamq; secutus
Ense uelut stricto quotiens Lucilius ardens
Infremuit rubet auditor cui frigida mens est
nota
Criminibus tacita sudant precordia culpa
Inde ire et lacrime tecum prius ergo uoluta
Hec animante tuba galeatum sero duelli
Penitet experiar quid concedatur in illos
Quorum flaminia tegitur cinis atq; latina

DE PHILOSOPHIS OBSCENIS ET FICTIS MORIBVS INSTITVTIS

Ltra sauromatas fugere
hinc libet et glaciale
Occeanum quotiens aliquid
de moribus audent
Qui curios simulant et
bacchanalia uiuunt

Indocti primum quamquam plena omnia gypso
Crisippi inuenias nam perfectissimus horum
Siquis Aristotilem similem uel pitacon emit
Et iubet archetipos pluteum seruare cleantas
Fronti nulla fides quis enim non uicus abundat
Tristibus obscenis castigas turpia cum sis
Inter socraticos notissima fossa cinedos
Hispida membra quidem et dure per brachia sete
Promictunt atrocem animum sed podice leui
Ceduntur tumide medico ridente marisce
Rarus sermo illis et magna libido tacendi
Atq; supercilio breuior coma uerius ergo
Et magis ingenue peribomius hunc ego fatis
Imputo qui uultu morbum incessuq; fatetur
Horum simplicitas miserabilis his furor ipse
Dat ueniam sed peiores qui talia uerbis
Herculis inuadunt et de uirtute locuti
Clunem agitant ego te ceuentem sexte uerebor
Infamis uarillus ait quo deterior te

Loripedem rectus derideat ethiopem albus
Quis tulerit gracchos de seditione querentes
Quis celum terris non misceat et mare celo
Si fur displiceat uerri homicida miloni
Clodius accuset mechos catilina cethegum
In tabulam sille si dicant discipuli tres
Qualis erat nuper tragico pollutus adulter
Concubitu qui tunc leges reuocabat amaras
Omnibus atq; ipsis ueneri martiq; timendas
Cum tot abortiuis fecundam iulia uuluam
Solueret et patruo similes effunderet offas
Non ne igitur iure ac merito uitia ultima fictos
Contemnunt scauros et castigata remordent
Non tulit ex illis toruum laronia quendam
Clamantem totiens ubi nunc lex iulia dormis
At quem ita subridens felicia tempora que te
Moribus opponunt: habeat iam roma pudorem
Tercius e celo cecidit cato sed tamen unde
Hec emis hirsuto spirant opobalsama collo
Que tibi ne pudeat dominum monstrare taberne
Quod si uexantur leges ac iura citari
Ante omnes scatinia respice primum
Et scrutare uiros faciunt hi plura sed illos
Defendit numerus iuncteq; umbone phalanges
Magna inter molles concordia non erit ullum
Exemplum in nostro tam detestabile sexu
Fedia non lambit cluuiam nec flora catullam
Hispo subit iuuenes et morbo pallet utroq;
Nunquid nos agimus causas ciuilia iura
Nouimus aut ullo strepitu fora uestra mouemus
Luctantur pauce comedunt colyphia pauce
Vos lanam trahitis calathisq; peracta refertis
Vellera uos tenui pregnantem stamine fusum
Penelope melius leuius torquetis arachne
Horrida qualem facit residens in codice pellex
Notum est cur soli tabulas impleuerit hister

Liberto dederit iuuenis cur multa puelle
Diues erit magno que dormit tertia lecto
Tu nube atq; tace donant arcana cylindros
De nobis post hec tristis sententia fertur
Dat ueniam coruis uexat censura columbas
Fugerunt trepidi uera ac manifesta canente
Stoicide quid enim falsi laronia sed quid
Non facient alij cum tu multitia sumas
Cretice et hanc uestem populo mirante perores
In proculas et pollucas est mecha labulla
Damnetur si uis etiam confinia talem
Non sumet dampnata togam sed iulius ardet
Aestuo nudus agas minus est insania turpis
En habitum quo te leges ac iura ferentem
Vulneribus crudis populus modo uictor et illud
Montanum positis audiret uulgus aratris
Quid non proclames in corpore iudicis ista
Si uideas quero an deceant multitia testem
Acer et indomitus libertatisq; magister
Cretice pelluces dedit hanc contagio labem
Et dabit in plures sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit et prurigine porci
Vuaq; conspecta liuorem ducit ab uua
Fedius hoc aliquid quandoq; audebis amictu
Nemo repente fuit turpissimus accipient te
Paulatim qui longa domi redimicula sumunt
Frontibus et toto posuere monilia collo
Atq; bonam tenere placant abdomine porce
Et magno cratere deam sed more sinistro
Exagitata procul nō intrat femina limen
Solis ara dee maribus patet ite profane
Clamatur nullo gemit hic tibicina cornu;
Talia secreta coluerunt orgia teda
Cecropiam soliti bapte lassare cocyton
Ille supercilium madida fuligine tinctum
Obliqua producit acu pingitq; trementes

Attollens oculos uitreo bibit ille priapo
Reticulumq; comis auratū ingentibus implet
Cerulea indutus scutulata aut galbana rasa
Et per iunonem domini iurante ministro
Ille tenet speculum pathici gestamen othonis
Actoris arunci spolium quo se ille uidebat
Armatū cum iam tolli uexilla iuberet
Res memoranda nouis annalibus atq; recenti
Historia speculum ciuilis sarcina belli
Nimirum summi ducis est occidere galbam
Et curare cutem summi constantia ciuis
Bebriaci campo spolium affectare palati
Et pressum in facie digitis extendere panem
Quod nec in assyrio pharetrata semiramis orbe
Mesta nec actiaca fecit cleopatra carina
Hic nullus uerbis pudor aut reuerentia mense
Hic turpis cybeles et fracta uoce loquendi
Libertas et crine senex fanaticus albo
Sacrorum antistes rarum ac memorabile magni
Gutturis exemplum cōducendusq; magister
Quid tamen expectat phrygio quos tempus erat iam
More supuacuam cultris abscindere carnem — abrumpere
Quadrigenta dedit gracchus sextertia dotem — quadraginta
Cornicini siue hic recto cantauerit ere
Signate tabule dictum feliciter ingens
Cena sedet gremio iacuit noua nupta mariti
O proceres censore opus est an aruspice nobis
Scilicet horreres maioraq; monstra putares
Si mulier uitulum uel si bos ederet agnum
Segmenta et longos habitus et flammea sumit
Archano qui sacra ferens nutantia loro
Sudauit clipeis ancilibus o pater urbis
Vnde nephas tantum latijs pastoribus unde
Hec tetigit gradiue tuos urtica nepotes
Traditur ecce uiro clarus genere atq; opibus uir
Nec galeam quassas nec terram cuspide pulsas

Nec queritur patri uade ergo et cede seueri
Iugeribus campi quem negligis officium cras
Primo sole mihi peragendum in ualle quirini
Que causa officii quid queris nubit amicus
Nec multos adhibet liceat modo uiuere fient
Fient ista palam cupient et in acta referri
Interea tormentum ingens nubentibus heret
Quod nequeunt parere et partu retinere maritos
Sed melius quod nil animis in corpore iuris
Natura indulget steriles moriuntur et illis
Turgida non prodest incondita pyxide lyde
Nec prodest agili palmas prebere luperco
Vicit et hoc monstrum tunicati fuscina grachi
Lustrauitque fuga mediam gladiator arenam
Et capitolinis generosior et marcellis
Et catulis paulisque minoribus et fabiis et
Omnibus ad podium spectantibus hic licet ipsum
Admoueas cuius tunc munere retia misit
Esse aliquos manes et subterranea regna
Et comptum et stygio ranas in gurgite nigras
Atque una transire uadum tot milia cimba
Nec pueri credunt nisi qui non dum ere lauantur
Sed tu uera puta curius quid sentit et ambo
Scipiade quid fabricius manesque camilli
Quod cremere legio et cannis consumpta iuuentus
Tot bellorum anime quotiens hinc talis ad illos
Vmbra uenit cuperent lustrari si qua darentur
Sulphura cum tedis et si foret humida laurus
Illuc heu miseri traducimur arma quidem ultra
Littora iuuerne promouimus et modo captas
Orchadas ac minima contentos nocte britanos
Sed que nunc populi fiunt uictoris in urbe
Non faciunt illi quos uicimus et tamen unus
Armenius galaces cunctis narratur ephebis
Mollior ardenti sese indulsisse tribuno
Aspice quid faciant commertia uenerat obses

Hic fiunt comites homines nam si mora longior urbem
Indulsit pueris non numquam derit amator
Mittentur brace cultelli frena flagellum
Sic pretextatos referunt artaxata mores

DE VRBIS INCOMMODIS ET DIGRESSV VMBRICII

Quamuis digressu ueteris
confusus amici
Laudo tamen uacuis
quod sedem ponere cumis
Destinet atque unum
ciuem donare sibylle
Ianua baiarum est et gratum littus amoeni
Secessus ego uel prochitam prepono subure
Nam quid tam miserum tam solum uidimus ut non
Deterius credas horrere incendia lapsus
Tectorum assiduos ac mille pericula seue
Vrbis et augusto recitantes mense poetas
Sed dum tota domus rheda componitur una
Substitit ad ueteres arcus madidamque capenam
Hic ubi nocturne numa constituebat amice
Nunc sacri fontis nemus et delubra locantur
Iudeis quorum cofinus foenumque supellex
Omnis enim populo mercedem pendere iussa est
Arbor et eiectis mendicat silua camenis
In uallem egerie descendimus et speluncas
Dissimiles ueris quanto prestantius esset
Numen aque uiridi si margine clauderet undas
Herba nec ingenuum uiolarent marmora tophum
Hic tunc umbritius quando artibus inquit honestis
Nullus in urbe locus nulla emolumenta laborum
Res hodie minor est here quam fuit atque eadem cras
Deteret exiguis aliquid proponimus illuc
Ire fatigatas ubi dedalus exuit alas
Dum noua canities dum prima et recta senectus
Dum superest lachesi quod torqueat et pedibus me

Porto meis nullo dextram subeunte bacillo
Cedamus patria uiuant arturius istic
& catulus maneant q nigrum i cãdida uertũt
Quis facile ē edem conducere flumina portus
Siccandam eluuie portandũ ad busta cadauer
& prebere caput domina uenale sub hasta
Quondam hi cornicines et municipales harene
Perpetui comites noteq; poppida bucce
Munera nunc edunt et uerso police uulgi
Quemlibet occidunt populariter inde reuersi
Ↄducunt phoricas et cur nō omĩa cum sint
Quales ex humili magna ad fastigia rerum
nota
Extollit quotiens uoluit fortuna iocarj
Quid rome faciam mentiri nescio librum
Si malus est nequeo laudare et poscere motus
Astrorum ignoro. funus pmittere patris
Nec uolo nec possum ranarum uiscera nunq̃
Inspexi ferre ad nuptam que mittit adulter
Que mandat norunt alij me nemo ministro
Fur erit atq; ideo nulli comes exeo tanq̃
Mancus et extincte corpus nō utile dextre
Quis nunc diligitur nisi conscius et cui feruens
Estuat occultis animus sempq; tacendis
Nil tibi se debere putat nil conferet unq̃
Participem qui te secreti fecit honesti
Carus erit uerri qui uerrem tpe quo uult
Accusare potest tanti tibi nō sit opaci
Omnis harena tagi quodq; in mare uoluitur aurũ
Ut somno careas ponendaq; pmia sumas
Tristis et amagno semp timearis amico
Que nō diuitibus gens acceptissima nris
Et quos precipue fugiam properabo faterj
Nec pudor obstabit nō possum ferre quirites
achiue
Grecam urbem q̃uis quota portio fecis achee
Iam pridem syrus in tyberim defluxit orontes
Et linguam et mores et cum tibicine cordas

Obliquas nec non gentilia tympana secum
Vexit et ad circum iussas prostare puellas
Ite quibus grata ē picta lupa barbara mitra
Rusticus ille tuus sumet rechedimna grine rinda
& ceromatico fert niceteria collo
Hic alta sicyone ast hic amydone relicta
Hic andro ille samo hic trallibus aut alabandes
Esquilias dictumq; petunt auimine collem
Viscera magnarum domuum dnīq; futurj
Ingenium uelox audatia perdita sermo
Promptus et iseo torrentior ede quid illum
Esse potes quemuis hominem secum attulit ad nos
Grammaticus rethor geometer pictor aliptes
Augur scenobates medicus magus omnia nouit
Greculus exuriens incelum iusseris ibit
Ad summā nō maurus erat neq; sarmata nec trax
Qui sumpsit pennas medijs sed natus athenis
Horum ego nō fugiam conchylia me prior ille
Signabit fultusq; thoro meliore recumbet
Aduectus romam quo pruna et quotana uento
Usq; adeo nihil ē q nr̃a infantia celum
Hausit auentinum bacca nutrita sabina
Quid qd adulandi gens prudentissima laudat
Sermone indocti faciem deformis amici
& longum inualidi collum ceruicibus equat
Herculis anteum procul atellure tenentis
Miratur uocem angustam qua deterius nec
Ille sonat quo mordetur gallina marito
Hec eadem licet et nobis laudare sed illis
Creditur an melior cū thaida sustinet aut cū
Uxorem comedus agit ut doryda nullo
Cultam palliolo. mulier nempe ipsa uidetur
Non psona loqui uacua et plana omnia dicas
Infra uentriculum et tenuj distantia rima
Nec tamen antiochus nec erit mirabilis illic
Aut stratocles aut cum molli demetrius hemo

Natio comeda ē rideſ maiore maiore cachinno
Concutitur flet ſi lacrimaſ conſpexit amici
Nec dolet igniculum brume ſed tempore poſcaſ
Accipit endromedem ſi dixeriſ eſtuo ſudat.
Non ſumuſ ergo pares melior qui ſemp̄ et omni
Nocte dieq; poteſt alienum ſumere uultum
A facie iactare manuſ laudare paratus
Si bene ructauit ſi rectum minxit amicus
Si trulla inuerſo crepitū dedit aurea fundo
Preterea ſanctum nihil aut ab inguine tutū
Non matrona lariſ nō filia uirgo nec ipſe
Sponſuſ leuiſ adhuc nō filiuſ ante pudicus
Horum ſi nihil eſt aulam reſupinat amici
Scire uolunt ſecreta domuſ atq; inde timeri
Et quoniam cepit grecoꝝ mentio tranſi
Gymnaſia atq; audi facinuſ maioriſ abolle
Stoicuſ occidit baream delator amicum
Diſcipulumq; ſenex ripa nutrituſ in illa
Ad quam gorgonij delapſa eſt penna caballi
Non ē romano cuiquam locuſ hic ubi regnat
Protegeneſ aliquiſ uel diphiluſ aut hermarcus
Qui gentiſ uitio nunq̄ partitur amicum
Soluſ habet nam cum facilem ſtillauit ī aurem
Exiguum de nature patrieq; ueneno
Limine ſubmoueor perierunt tempora longi
Seruitij nuſq̄ minor ē iactura clientis
Quod porro officium (ne nobiſ blandiar) aut quod
Pauperiſ hic meritum ſi curet nocte togatus
Currere cum pretor lictore impellat et ire
Precipitem iubeat dudū uigilantibꝫ orbiſ
Ne prior albinam et modiam collega ſalutet
Diuitiſ hic ſerui claudit latuſ ingenuoꝝ
Filiuſ alter enim quantum in legione tribuni
Accipiunt donat caluine uel cathiene
Ut ſemel aut iteꝝ ſup̄ illam palpitet at tu
Cum tibi ueſtiti facieſ ſcorti placet heres

Et dubitaſ alta chionem deducere ſella
Da teſtem rome tam ſanctū q̄ fuit hoſpes
Numiniſ idei procedat uel numa ut qui
Seruauit trepidam flagranti ex ede mineruā
Protinuſ ad cenſum. de moribꝫ ultima fiet
Queſtio quot paſcit ſeruoſ. quot poſſidet agri
Iugera q̄ multa magnaq; paropſide cenat
Quantum quiſq; ſua nummoꝝ ſeruat in arca
Tantum habet et fidei iureſ licet & ſamotracū
Et noſtroꝝ araſ contemnere fulmina pauper
Creditur atq; deoſ diiſ ignoſcentibuſ ipſis
Quid quod materiam prebet cauſaſq; iocoꝝ
Omnibuſ hic idem ſi feda et ſciſſa lacerna
Si toga ſordidula eſt et rupta calceuſ alter
Pelle patet ut ſi conſuto uulnere craſſum
Atq; recenſ linum oſtendit nō una cicatrix
Nil habet infelix paupertas duriuſ in ſe
Quam q; ridiculoſ homineſ facit. exeat inquit
Si pudor eſt et de puluino ſurgat equeſtri
Cuiuſ reſ legi nō ſufficit. et ſedeant hic
Lenonum pueri quocūq; in fornice nati
Hic plaudat nitidi preconiſ filiuſ inter
Pinnirapi cultos iuueneſ iuueneſq; laniſte
Sic libitum uano qui noſ diſtinxit othoni
Quiſ gener hic placuit cenſu minor atq; puelle
Sarcinuliſ impar. quiſ paup̄ ſcribitur heres
Quando in conſilio eſt edilibꝫ agmine facto
Debuerant olim tenueſ migraſſe quirites
Haud facile emergunt quoꝝ uirtutibꝫ obſtat
Res anguſta domi ſed rome durior illiſ
Conatus magno hoſpitium miſerabile magno
Seruoꝝ uentres et frugi cenula magno
Fictilibꝫ cenare pudet quod turpe negauit
Tranſlatuſ ſubito ad marſoſ menſamq; ſabellā
Contentuſq; illic ueneto duroq; cucullo
Parſ magna italie eſt ſi ueꝝ admittimuſ in qua

aequales

Nemo togam sumit nisi mõtuus ipsa dierum
Festorum herboso colitur si quando theatro
Maiestas tandemq; redit ad pulpita notum
Exodium cum persone pallentis hiatum
In gremio matris formidat rusticus infans
Deformes habitus illic similesq; videbis
Orchestram et populum clari velamen honoris
Sufficiunt tunice summis edilibus albe
Hic ultra vires habitus nitor hic aliqd plus
Quam satis est interdum aliena sumitur archa
Comune id vitium est hic vivimus ambitiosa
Paupertate omnes quid te moror omnia rome
Cum pretio quid das ut Cossum aliquando salutes
Ut te respiciat clauso Veiento labello
Ille metit barbam crinem hic deponit amati
Plena domus libis venalibus accipe et illud
Fermentum tibi habe prestant tributa clientes
Cogimur et cultis augere peculia servis
Quis timet aut timuit gelida preneste ruinã
Aut positis nemorosa inter iuga Volsiniis aut
Simplicibus Gabiis aut proni a Tiburis arce
Nos urbem colimus tenui tibicine fultam
Magna parte sui nam sic labentibus obstat
Villicus et veteris rime contexit hiatum
Securos pendente iubet dormire ruina
Vivendum est illic ubi nulla incendia nulli
Nocte metus iam poscit aquã iã frivola trãsfert
Ucalegon tabulata tibi iam tertia fumãt
Tu nescis nam si gradibus trepidatur ab imis
Ultimus ardebit quem tegula sola tuetur
A pluvia molles ubi reddunt ova columbe
Lectus erat Codro procula minor urceoli sex
Ornamentum abaci nec nõ et parvulus infra
Cantarus (uas) et recubans sub eodem mãmore Chiron
Iamq; vetus grecos servabat cista libellos
Et divina opizi rodebant carmina mures

opaci

Nil habuit Codrus quis enim negat et tñ illud
Perdidit infelix totum nihil ultimus autem
Erumne cumulus q nudũ et frustra rogantem
Nemo cibo nemo hospicio tectoq; iuvabit
Si magna Asturii cecidit domus horrida mater
Pullati proceres differt vadimonia pretor
Tunc gemimus casus urbis tũc odimus ignẽ
Ardet adhuc etiam occurrit q mãmora donet
Conferat impensas hic nuda et cãdida signa
Hic aliquid preclarum Eufranoris et Policleti
Fecasianorum vetera ornamenta deorum
Hic libros dabit et forulos mediaq; minervã
Hic modium argenti meliora ac plura reponit
Persicus orborum lautissimus et merito iam
Suspectus tamq̃ ipse suas incenderit edes
Si potes avelli circensibus optima Sore
Aut Fabraterie domus aut Frusinone paretur
Quanti nunc tenebras unũ cõducis in annũ
Ortulus hic puteusq; brevis nec reste movẽdus
In tenues plantas facili diffunditur haustu
V. ive bidentis amans possis centũ dare pytagoreis.
Vive bidentis amans et culti villicus horti
Unde epulum possis centũ dare pytagoreis
Est aliquid quocumq; loco quocũq; recessu
Unius sese dominum fecisse lacerte
Plurimus hic eger moritur vigilando sȝ ipsum
Languorem peperit cibus inperfectus et herens
Ardenti stomaco nã que meritoria somnũ
Admictunt magnis opibus dormitur in urbe
Inde caput morbi redarum transitus arto
Vicorum inflexu et stantis cõvitia mandre
Eripiunt somnum druso vitulisq; marinis
Si vocat officium turba cedente vehetur
Dives et ingenti curret sup ora liburno
Atq; obiter leget aut scribet vel dormiet intus
Namq; facit somnum clausa lectica fenestra

tignum

Ante tamen uenies nobis properantibus obstat
Unda prior magno populus premit agmine lumbos
Qui sequitur ferit hic cubito ferit assere duro
Alter hic lignum capiti incutit ille metretam
Pinguia crura luto planta mox undique magna
Calcor et in digito clauus mihi militis heret
Non ne uides quanto celebretur sportula fumo
Centum conuiue sequitur sua quemque culina
Corbulo uix ferret tot uasa ingentia tot res
Impositas capiti quas recto uertice portat
Seruulus infelix et cursu uentilat ignem
Scinduntur tunice sarte modo longa coruscat
Sarraco ueniente habies atque altera pinum
Plaustra uehunt nutant alte populoque minantur
Nam si procubuit qui saxa ligustica portat
Axis et euersum fudit super agmina montem
Quid superest de corporibus quis membra quis ossa
Inuenit obtritum uulgi perit omne cadauer
More anime domus interea secura patellas
Iam leuat et bucca foculum excitat et sonat unctis
Striglibus et pleno componit linthea gutto
Hec inter pueros uarie properantur at ille
Iam sedet in ripa tetrumque nouitius horret
Porthinea nec sperat cenosi gurgitis alnum
Infelix nec habet quem porrigat ore trientem
Respice nunc alia ac diuersa pericula noctis
Quod spatium tectis sublimibus unde cerebrum
Testa ferit quotiens rimosa et curta fenestris
Vasa cadunt quanto percussum pondere signent
Et ledant silicem possis ignauus haberi
Et subiti casus improuidus ad cenam si
Intestatus eas adeo tot fata quot illa
Nocte patent uigiles te pretereunte fenestre
Ergo optes uotumque feras miserabile tecum
Ut sint contente patulas defundere pelues
Ebrius ac petulans qui nullum forte cecidit

Dat penas noctem patitur lugentis amicum
Pelide cubat in faciem mox deinde supinus
Ergo non aliter poterit dormire quibusdam
Somnum rixa facit sed quamuis improbus annis
Atque mero feruens cauet hunc quem coccina lena
Vitari iubet et comitum longissimus ordo
Multum preterea flammarum et enea lampas
Me quem luna solet deducere uel breue lumen
Candele cuius dispenso et tempero filum
Contemnit misere cognoscere prohemia rixe
Si rixa est ubi tu pulsas ego uapulo tantum
Stat contra starique iubet parere necesse est
Nam quid agas cum te furiosus cogat et idem
Fortior unde uenis exclamat cuius aceto
Cuius concha tumes quis tecum sectile porrum
Sitor et elixi ueruecis labra comedit
Nil mihi respondes aut dic aut accipe calcem
Ede ubi consistas in qua te quero proseucha
Dicere si tentes aliquid tacitus ue recedas
Tantundem est feriunt pariter uadimonia deinde
Irati faciunt libertas pauperis hec est
Pulsatus rogat et pugnis concisus adorat
Ut liceat paucis cum dentibus inde reuerti
Nec tamen hec tantum metuas nam qui spoliet te
Non deerit clausis domibus postquam omnis ubique
Fixa cathenate siluit compago taberne
Interdum et ferro subitus crassator agit rem
Armato quotiens tute custode tenentur
Et pontina palus et gallinaria pinus
Sic inde huc omnes tamquam ad uiuaria currunt
Qua fornace graues qua non incude catene
Maximus in uinclis ferri modus ut timeas ne
Vomer deficiat ne marre et sarcula desint
Felices proauorum atauos felicia dicas
Secula que quondam sub regibus atque tribunis
Viderunt uno contentam carcere romam

His alias poteram et plures subnectere causas
Sed iumenta uocant et sol inclinat eundū
Nam m̄ comota iam dudum mulio uirga
Innuit ergo uale n̄ri memor et quotiens te
Roma tuo refici properantem reddit agno
Me quoq; ad eluinā cererem urāmq; dianā
Cuelle a cumis satyraꝝ ego ni pudet illas
Auditor gelidos ueniam caligatus in agros

Satira iiij de crispino et de Rombo pisce
catalogū amicorum neronis:
Quinq; partes sunt satiraꝝ: reprehensiua:
hortatiua: deprecatiua: laudatiua
defensiua

E

Ece iterum Crispinus adest
mihi sepe Vocandus
Ad partes monstrum
nulla uirtute redemptus
A uitys eger solaq; libidine
fortis
Delicias uidue tamen aspernatur adulter
Quid refert igitur quantis iumenta fatiget
Porticibus quanta nemoꝝ uectetur in umbra
Iugera quot uicina foro quas emerit edes
Nemo malus felix minime corruptor et idē
Incestus cum quo nuper uitata iacebat
Sanguine adhuc uiuo terram subitura sacerdos
Sed nunc de factis leuioribȝ et tamē alter
Si fecisset idem caderet sub iudice morum
Nam qđ turpe bonis ticio seioq; decebat
Crispinum quid agas cum dira et fedior omni
Crimine psona est mullum sex milibȝ emit
Equantem sane paribȝ sextertia libris
Vt perhibent qui de magnis maiora locunt
Cōsilium laudo artificis in munere tanto
Precipuam in tabulis cerā senis abstulit orbi
Est ratio ulterior magne si misit amice

Que uehit

Que uehitur clauso latis specularibȝ antro
Nil tale expectes emit sibi multa uidemus
Que miser et frugi nō fecit apicius hoc tu
Succintus patria quondam crispine papiro
Hoc pretium squame potuit fortasse minoris
Piscator q̄ piscis emi prouincia tanti
Vendit agros sed maiores apulia uendit
Quales tunc epulas ipm̄ glutisse putamus
Induperatorem cum tot sextertia partem
Exiguam et modice sumptam de magine cene
Purpureus magni ructaret scurra palati
Iam princeps equitum magna qui uoce solebat
Vendere municipes fracta de merce siluros
Incipe caliope licet hic considere non est
Cantandum res uera agitur narrate puelle
Pierides prosit mihi uos dixisse puellas
Cum iam semianimum laceraret flauius orbem
Vltimus et caluo seruiret roma neroni
Incidit adriaci spatium admirabile rombi
Ante domum ueneris quā dorica sustinet ancon
Impleuitq; sinus neq; enim minor heserat illis
Quos operit glacies meotica ruptaq; tādem
Solibus effundit torrentis ad hostia ponti
Desidia tardos et longo frigore pingues
Destinat hoc monstrum cymbe liniq; magr̄
Pontifici summo quis enim pponere talem
Aut emere auderet cū plena et littora multo
Delatore forent dispersi ptinus alge
Inquisitores agerent cum remige nudo
Non dubitaturi fugitiuum dicere piscem
Depastumq; diu uiuaria cesaris inde
Elapsum ueterem ad dn̄m debere reuerti
Siquid palfurio si credimus armillato
Quicquid conspicuū pulchrumq; ex equore toto
Res fisci est ubicūq; natat donabit ergo
Ne pereat iam letifero cedente pruinis

Autūpno iam quartanā sperantibus egris
Stridebat deformis hyems p̄damq; recētē
Seruabat tamen hic propat ueluti ugeat auster
Vtq; lacus suberant. ubi q̄q̄ diruta seruat.
Ignem troyanum et uestam colit alba minorē
Obstitit intranti miratrix turba parump
Et cessit facilj patuerunt cardine ualue.
Exclusi expectant admissa obsonia patres
Itur ad atridem tunc picens accipe dixit
Priuatis maiora focis. genialis agatur.
Iste dies propera stomacum laxare saginis
Et tua seruatum consume ī secula rōbū
Ipse capi uoluit quid apertius et tamen illi
Surgebant criste. nihil ē qd credere de se
Non posset cum laudatꝰ dijs equa potestas
Sed deerat pisci patine mensura uocantꝰ.
Ergo in consilium proceres quos oderat ille.
In quorꝰ facie miserē magneq; sedebat.
Pallor amicitie. primus clamante liburno
Currite iam sedet rapta pparabat abolla
Pegasus attonite positus modo uillicus urbi
Anne aliud tunc prefecti quorꝰ optimꝰ atq;
Interpres legum sanctissimus. oīa q̄q̄
Temporibus diris tractanda putabat inermi
Iustitia uenit. et crispi iocunda senectus
Cuius erant mores qualis facundia mite.
Ingenium maria ac terras pp̄losq; regenti
Quis comes utilior si clade et peste sub illa
Seuiciam dampnare & honestū ferre liceret
Consilium sed quid uiolentius aure tirannj:
Cumquo de pluuijs aut estibus aut nimboso
Vere locuturj fatum pendebat amicj
Ille igitꝰ nunq̄ direxit brachia contra
Torrentem nec ciuis erat qui libera posset.
Verba animi proferre. et uitam impēdē uero
Sic multas hiemes atq; octogesima uidit.

Solstitia his armis illa q̄q̄ tutus ī aula
Proximus eiusdem pperabat acilius eui
Cum iuuene indigno quem mōs tā seua manet
Et dn̄i gladijs iam destinata sed olim
Prodigio par ē in nobilitate senectus
Vnde fit ut malim fraterculus ee gigantis
Profuit ergo nihil misero q̄ cominus ursās
Figebat numidas albanā nudus harena
Venator quis enim iam nō intelligat artes
Patritias quis priscum illud miratꝰ acumen
Brute tuum facile ē barbato imponere regi
Nec melior uultu q̄uis ignobilis ibat
Rubrius offense ueteris reus atq; tacende
Et tamen improbior satiram scribente cinedo
Montanj quoq; uenter adest abdomine tardus
Et matutino sudans crispinus amomo
Q̄tum uix redolent duo funera seuior illo
Pompeius tenuj iugulos aperire susurro
Et qui uulturibus seruabat uiscera dacis
Fuscus marmorea meditatus p̄lia uilla
Et cum mortifero prudens ueiento catullo
Qui nunq̄ uise flagrabat amore puelle.
Grande et conspicuum nr̄o q; tpē monstruz
Cecus adulator dirusq; aponte satelles
Dignus aricinos qui mendicaret ad axes
Blandaq; deuexe iactaret basia rede.
Nemo magis rombum stupuit nā plurima dix
In leuum uersus at illi dextra iacebat.
Belua sic pugnas cilicis laudabat et ictus
Et pegma et pueros inde ad uelaria raptos
Non cedit ueiento sed ut fanaticus oestro
Percussus bellona tuo diuinat et ingens
Omen habes inquit magni clariq; triumphi
Regem aliquem capies aut de temone britano
Excidet aruiragus peregrina ē belua cernis
Erectas in tergo sudes hoc defuit unum

Fabritio ut patriam rombi memoraret et annos
Quidnam igitur censes? conceditur: absit ab illo
Dedecus hoc montanus ait testa alta paretur
Que tenui muro spatiosum colligat orbem
Debetur magnus patine subitusque prometheus
Argillam atque rotam citius properate sed ex hoc
Tempore iam cesar figuli tua castra sequantur
Vicit digna viro sententia noverat ille
Luxuriam imperii veterem noctesque neronis
Iam medias aliamque famem cum pulmo falerno
Arderet nulli maior fuit usus edendi
Tempestate mea circeis nata forent an
Lucrinum ad saxum rutupinove edita fundo
Ostrea callebat primo deprehendere morsu
Et semel aspecti littus dicebat echini
Surgitur et misso proceres exire iubentur
Consilio quos albanam dux magnus in arcem
Traxerat attonitos et festinare coactos
Tamquam degothis aliquid torvisque sicambris
Dicturus tamquam diversis partibus orbis
Anxia precipiti venisset epistola penna
Atque utinam his potius nugis tota illa dedisset
Tempora sevicie claras quibus abstulit urbi
Illustresque animas inpune et vindice nullo
Sed periit postquam cerdonibus esse timendus
Ceperat hoc nocuit lamiarum cede madenti

V. de cenis contumeliosis ut de parasitis

i te propositi non dum
pudet atque eadem mens
Ut bona summa putes
aliena vivere quadra
Si potes illa pati que
nec sarmentus iniquas
Cesaris ad mensas nec vilis galba tulisset
Quamvis iurato metuam tibi credere testi
Ventre nihil novi frugalius hoc tamen ipsum

Defecisse puta quod inani sufficit alvo
Nulla crepido vacat nusquam pons et tegetis pars
Dimidia brevior tantine iniuria cene
Tam ieiuna fames cum possis honestius illic
Et tremere et sordes farris mordere canini
Primo fige loco quod tu discumbere iussus
Mercedem solitam veterum capis officiorum
Fructus amicitie magne cibus imputat hunc Rex
Et quamvis rarum tamen imputat ergo duos post
Si libuit menses neglectum adhibere clientem
Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto
Una simus ait votorum summa quid ultra
Queris? habet trebius propter quod rumpere somnum
Debebat et ligulas dimictere sollicitus ne
Tota salutatrix iam turba peregerit orbem
Syderibus dubiis aut illo tempore quo se
Frigida circumagunt pigri serracha bootes
Qualis cena tamen vinum quod succida nolit
Lana pati de conviva corybanta videbis
Iurgia proludunt sed mox et pocula torques
Saucius et rubra deterges vulnera mappa
Inter vos quotiens libertorumque cohortem
Pugna saguntina fervet commissa lagena
Ipse capillato defusum consule potat
Calcatamque tenet bellis socialibus uvam
Cardiaco numquam cyathum missurus amico
Cras bibet albanis aliquid de montibus aut de
Setinis cuius patria titulumque senectus
Delevit. multa veteris fuligine teste
Quale coronati thrasea helvidiusque bibebat
Brutorum et cassi natalibus ipse capaces
Heliadum crustas et inequales berillos
Virro tenet fialas tibi non committitur aurum
Vel si quando datur custos affixus ibidem
Qui numerat gemmas ungues observat acutos
Da veniam preclara illic laudatur hyaspis

Nam Virro et multi gemmas ad pocula transfert
A digitis quas in vagine fronte solebat
Ponere zelotypo iuvenis prelatus Hyarbe.
Tu Beneventani sutoris nomen habentem
Siccabis calicem nasorum quatuor ac iam
Quassatum et rupto poscentem sulphura vitro
Si stomachus domini fervet vinoque ciboque
Frigidior geticis petitur decocta pruinis
Non eadem vobis poni modo vina querebar
Vos aliam potatis aquam tibi pocula cursor
Getulus dabit aut nigri manus ossea Mauri

Maurus

Et quoi per mediam nolis occurrere noctem
Clivose veheris dum monumenta latine.
Flos asie ante ipsum pretio maiore paratus
Quam fuit et Tulli census pugnacis et Anci
Et ne te teneam romanorum omnia regum
Frivola quod cum ita sit tu getulum
Respice cum sities nescit tot milibus emptus
Pauperibus miscere puer sed forma sed etas
Digna supercilio quando ad te pervenit ille
Quando vocatus adest calide gelideque minister
Quippe indignatur veteri parere clienti
Quod aliquid et quod sextante recumbas
Maxima queque domus servis est plena superbis
Ecce alius quanto porrexit murmure panem
Vix fractum solide iam mucida frustra farine
Que genuinum agitent non admittentia morsum
Sed tener et niveus mollique siligine factus
Servatur domino dextram cohibere memento
Salva sit artocopi reverentia finge tamen te
Improbulum superest illic qui ponere cogat
Vis tu consuetis audax conviva canistris
Impleri panisque tui novisse colorem
Scilicet hoc fuerat propter quod sepe relicta
Coniuge per montem adversum gelidasque cucurri
Esquilias fremeret seva cum grandine vernus

Iupiter et multo stillaret penula nimbo
Aspice quam longo distendat pectore lancem
Que fertur domino squilla et quibus undique septa
Asparagis qua despiciat convivia cauda
Dum venit excelsi manibus sublata ministri
Sed tibi dimidio constrictus gammarus ovo
Ponitur exigua feralis cena patella
Ipse venefrano piscem perfundit at hic qui
Pallidus affertur misero tibi caulis olebit
Laternam illud enim vestris datur alveolis quod
Canna micipsarum prora subvexit acuta
Propter quod rome cum boccharre nemo lavatur
Quod tutos etiam facit a serpentibus atris
Mullus erit domino quem misit corsica vel quem
Tauromintane rupes quando omne peractum est
Et iam defecit nostrum mare dum gula sevit
Retibus assiduis penitus scrutante macello
Proxima nec patitur tirrenum crescere piscem
Instruit ergo focum provincia sumitur illinc
Quod captator emat lenas aurelia vendat
Virroni murena datur que maxima venit
Gurgite de siculo nam dum se continet auster
Dum sedet et siccat madidas in carcere pennas
Contemnunt mediam temeraria lina caribdim
Vos anguilla manet longe cognata colubre
Aut glacie aspersus tiberinus et ipse
Vernula riparum pinguis torrente cloaca
Et solitus medie criptam penetrare suburre
Ipsi pauca velim facilem si prebeat aurem
Nemo petit modicis que mittebantur amicis
A Seneca que ipso piso bonusque Cotta solebat
Largiri namque et titulis et fascibus olim
Maior habebatur donandi gloria solum
Poscimus ut cenes civiliter hoc face et esto
Esto ut nunc multi dives tibi pauper amicus
Anseris ante ipsum magni iecur anseribus par

Altilis et flavi dignus fero meleagri
Fumat aper post hunc radunt tubera si ver.
Tunc erit et facient optata tonitrua cenas
Maiores tibi habe frumentum alledius inquit
O libia disiunge boves dum tubera mittas
Structorem interea ne qua indignatio desit
Saltantem spectas et chironomia volanti
Cultello donec peragat dictata magistri
Omnia nec minimo sane discrimine refert
Quo gestu lepores et quo gallina secetur
Duceris planta velut ictus ab hercule cacus
Et ponere foris si quid temptaveris umquam
Hiscere tamquam habeas tria nomina quando propinat
Virro tibi sumitve tuis contacta labellis
Pocula quis usum temerarius usque adeo quis
Perditus ut dicat regi bibe plurima sunt que
Non audent homines pertusa dicere lena
Quadringenta tibi siquis deus aut similis dis
Et melior fatis donaret homuncio quantus
Ex nihilo quantus fieres virronis amicus
Da trebio pone ad trebium vis frater ab ipsis
Ilibus o nummi vobis hunc prestat honorem
Vos estis fratres dominus tamen et domini rex
Si vis tu fieri nullus tibi parvulus aula
Luserit eneas nec filia dulcior illo
Iocundum et carum sterilis facit uxor amicum
Sed tua nunc mical parat licet et pueros tres
In gremium patris fundat simul ipse loquaci
Gaudebit nido viridem thoraca iubebit
Afferri minimasque nuces assemque rogatum
Ad mensas quotiens parasitus venerit infans
Vilibus ancipites fungi ponentur amicis
Boletus domino sed quales claudius edit
Ante illum uxoris post quem nihil amplius edit
Virro sibi et reliquis virronibus illa iubebit
Poma dari quorum solo pascaris odore

Qualia perpetuus pheacum autumnus habebat
Credere que possis subrepta sororibus afris
Tu scabie frueris mali quod in aggere rodit
Qui tegitur palma et galea metuensque flagelli
Discit ab hirsuta iaculum torquere capella
Forsitan impense virronem parcere credas
Hoc agit ut doleas nam que comedia mimus
Quis melior plorante gula ergo omnia fiunt
Si nescis ut per lachrimas effundere bilem (colream)
Cogaris pressoque diu stridere molari
Tu tibi liber homo et regis conviva videris
Captum te nidore sue putat ille culine
Hoc male coniectat quis enim tam nudus ut illum
Bis ferat etruscum puero si contigit aurum
Vel nodus tantum et signum de paupere loro
Spes bene cenandi vos decipit ecce dabit iam
Semesum leporem atque aliquid aut de clunibus apri
Ad nos iam veniet minor altilis inde parato
Intactoque omnes et stricto pane tacetis
Ille sapit qui te sic utitur omnia ferre
Si potes et debes pulsandum vertice raso
Prebebis quandoque caput nec dura timebis
Flagra pati epulis et tali dignus amico

IVNIJ IVVENALIS LIBER
EXPLICIT
INCIPIT SECVNDVS

Credo pudicitiam
saturno rege moratam
In terris visamque diu
quom frigida parvas
Preberet spelunca domos
ignemque laremque
Et pecus et dominos
communi clauderet umbra
Silvestrem montana thorum cum sterneret uxor

Frondibus et culmo vicinarumque ferarum
Pellibus haud similis tibi cinthia neque tibi cuius
Turbavit nitidos extinctus passer ocellos
Sed portanda feres infantibus ubera magnis
Et saepe orridior glandem ruptante marito
Quippe aliter tunc orbe novo celoque recenti
Vivebant homines qui rupto robore nati
Compositique luto nullos habuere parentes
Multa pudicitie veteris vestigia forsan
Aut aliqua extiterint et sub iove sed iove nondum
Barbato nondum grecis iurare paratis
Per caput alterius cum furem nemo timeret
Caulibus aut pomis et aperto viveret horto
Paulatim deinde ad superos astrea recessit
Hac comite atque due pariter fugere sorores
Antiquum et vetus est alienum postume lectum
Concutere atque sacri genium contemnere fulcri
at protulit. Omne aliud crimen mox ferrea protulit etas
at primos Viderunt priores argentea secula mechos
Conventum tamen et pactum et sponsalia nostra
Tempestate paras iamque a tonsore magistro
Pecteris et digito pignus fortasse dedisti
Certe sanus eras uxorem postume ducis
Dic qua thesiphone quibus exagitare colubris
Ferre potes dominam (salvis tot restibus) ullam
Cum pateant alte caligantesque fenestre
Cum tibi vicinum se prebeat emilius pons
Aut si de multis nullus placet exitus illud
Nonne putas melius quod tecum pusio dormit
Pusio qui noctu non litigat exigit a te
Nulla iacens illic munuscula neque queritur quod
Et lateri parcas nec quantum iussit anheles
Sed placet ursidio lex iulia tollere dulcem
Cogitat heredem cariturus turture magno
Mullorumque iubis et captatore macello
Quid fieri non posse putes si iungitur ulla

Ursidio si mechorum notissimus olim
Stulta maritali iam porrigit ora capistro
Quem totiens texit perituri cista latini
Quid quod et antiquis uxor de moribus illi
Queritur o medici mediam pertundite venam
Delicias hominis tarpeium limen adora
Protinus et auratam iunoni cede iuvencam
Si tibi contigerit capitis matrona pudici
Pauce adeo cereris vittas contingere digne
Quarum non timeat pater oscula necte coronam
Postibus et densos per limina tende corimbos
Unus iberine vir sufficit ocius illud
Extorquebis ut hec oculo contenta sit uno
Magna tamen fama est cuiusdam rure paterno
Viventis vivat gabiis ut vixit in agro
Vivat fidenis et agello cedo paterno
Quis tamen affirmat nihil actum in montibus aut in
Speluncis adeo senuerunt iupiter et mars
Porticibus ne tibi monstratur femina voto
Digna tuo tu nescis an habent spectacula totis cuneis
Quod securus ames quodque inde excerpere possis
Chironomon ledam molli saltante batillo
Tuscia vesice non imperat apula gannit
Sicut in amplexu subitum et miserabile longum
Attendit thimele timele tunc rustica discit
Ast alie quotiens aulea recondita cessant
Et vacuo clausoque sonant fora sola theatro
Atque a plebeis longe megalensia tristes
Personam tirsumque tenent et subligar accii
Urbicus exodio risum movet atellane
Gestibus autonoes hunc diligit elia pauper
Solvitur his magno comedi fibula suntque
Crisogonum cantare vetant hispulla tragedo
Gaudet an expectas ut quintilianus ametur
Accipis uxorem de qua citharedus echion
Aut glaphirus fiat pater ambrosiusque choraules

Longa per angustos figamus pulpita uicos
Ornentur postes et grandi ianua lauro
Ut testudineo tibi lentule conopeo
Nobilis eurialum aut mirmillonem exprimat infans
Nupta senatori comitata est hippia ludium
Ad faron et nilum famosaq; menia lagi
Prodigia et mores urbis damnante canopo
Inmemor illa domus et coniugis atq; sororis
Nil patrie indulsit plorantesq; improba natos
Utq; magis stupeas ludos paridemq; reliquit
Sed quamquam in magnis opibus plumaq; paterna
Et segmentatis dormisset paruula cunis
Contempsit pelagus famam contempserat olim
Cuius apud molles minima est iactura cathedras
Tirrenos igitur fluctus lateq; sonantem
Pertulit ionium constanti pectore quamuis
Mutandum totiens esset mare iusta pericli
Si ratio est et honesta timent pauidoq; gelantur
Pectore nec tremulis possunt insistere plantis
Fortem animum prebent rebus quas turpiter audent — at prestant
Si iubeat coniunx durum est conscendere nauem
Tunc sentina grauis tunc summus uertitur aer
Que mechum sequitur stomacho ualet illa maritum
Conuomit hec inter nautas et prandet et errat
Per puppim et duros gaudet tractare rudentes
Qua tamen exarsit forma qua capta iuuenta est
Hippia quid uidit propter quod ludia dici
Sustinuit sergiolus nam radere guttur — iam
Ceperat et secto requiem sperare lacerto
Preterea multa in facie deformia sicut
Attritus galea mediisq; in naribus ingens
Gibbus et acre malum semper stillantis ocelli
Sed gladiator erat facit hoc illos hiacyntos
Hoc pueris patrieq; hoc pretulit illa sorori
Atq; uiro ferrum est quod amat hic sergius idem
Accepta rude cepisset ueiento uideri

Quid priuata domus quid fecerit hippia curas
Respice riuales diuorum claudius audi
Que tulerit dormire uirum cum senserat uxor
Ausa palatino tegetem preferre cubili
Sumere nocturnos meretrix augusta cucullos
Linquebat comite ancilla non amplius una
Sed nigrum flauo crinem abscondente galero
Intrauit calidum ueteri centone lupanar
Et cellam uacuam atq; suam tunc nuda papillis
Prostitit auratis titulum mentita licisce
Ostenditq; tuum generose britanice uentrem
Excepit blanda intrantes atq; era poposcit
Mox lenone suas iam dimittente puellas
Tristis abit et quod potuit tamen ultima cellam
Clausit adhuc ardens rigide tentigine uulue
Et lassata uiris nec dum satiata recessit
Obscurisq; genis turpis fumoq; lucerne
Feda lupanaris tulit ad puluinar odorem
Hippomanes carmenq; loquar coctumq; uenenum
Priuignoq; datum faciunt grauiora coacte
Imperio sexus minimumq; libidine peccant
Optima sed quare censennia teste marito
Bis quingenta dedit tanti uocat illa pudicam
Nec pharetris ueneris macer est aut lampade feruet
Inde faces ardent ueniunt a dote sagitte
Libertas emitur licet coram innuat atq;
Rescribat uidua est locuplex que nupsit auaro
Cur desiderio bibule sertorius ardet
Si uerum excutias facies non uxor amatur
Tres ruge subeant et se cutis arida laxet
Fiant obscuri dentes oculiq; minores
Collige sarcinulas dicet libertus et exi
Ocius et propera sicco uenit altera naso
Interea calet et regnat poscitq; maritum
Pastores et ouem canusinam ulmosq; falernas — ouis canusina
Quantulum in hoc omnes pueros et ergastula tota

Quodque domi non est et habet uicinus ematur
Mense quidem brume cum iam mercator iason
Clausus et armatis obstat casa candida nautis
Grandia tolluntur cristallina maxima rursus
Murrina deinde adamas notissimus et beronices
In digito factus pretiosior hunc dedit olim
Barbarus incestae dedit hunc agrippa sorori
Obseruant ubi festa mero pede sabata reges
Et uetus indulget senibus clementia porcis
Nulla ne de tantis gregibus tibi digna uidetur
Sit formosa decens diues fecunda uetustos
Porticibus disponat auos intactior omni
Crinibus effusis bellum dirimente sabina
Rara auis in terris nigroque simillima cigno
Quis feret uxorem cui constant omnia malo
Malo uenusinam quam te cornelia mater
Gracchorum si cum magnis uirtutibus affers
Grande supercilium et numeras in dote triumphos
Tolle tuum precor hanibalem uictumque siphacem
In castris et cum tota cartagine migra
Parce precor pean et tu depone sagiptas
Nil pueri faciunt ipsam configite matrem
Amphion clamat sed pean contrahit arcum
Extulit ergo greges natorum ipsumque parentem
Dum sibi nobilior latone gente uidetur
Atque eadem scrofa niobe fecundior alba
Que tanti grauitas que forma ut se tibi semper
Imputet huius enim rari summique uoluptas
Nulla boni quotiens animo corrupta superbo
Plus aloes quam mellis habet quis deditus autem
Usque adeo est ut non illam quam laudibus effert
Horreat inque diem septenis oderit horis
Quedam parua quidem sed non toleranda maritis
Nam quid rancidius quam quod se non putat ulla
Formosam nisi que de tusca grecula facta est
De sulmonensi mera cecropis omnia grece

Cum sit turpe magis nostris nescire latine
Hoc sermone pauent hoc iram gaudia curas
Hoc cuncta effundunt animi secreta quid ultra
Concumbunt grece dones tamen ista puellis
Tu ne etiam quam sextus et octogesimus annus
Pulsat adhuc grece non est hic sermo pudicus
In uetula quotiens lasciuum interuenit illud
modo sub lodice relictis
Uteris in turba quod enim non excitat inguen
Vox blanda et nequam digitos habet ut tamen omnes
Subsidant penne dicas hec mollius hemo
Quamquam et carpophoro facies tua computet annos
Si tibi legitimis pactam iunctamque tabellis
Non es amaturus ducendi nulla uidetur
Causa nec est quare cenam et mustacea perdas
Labente officio crudis donanda nec illud
Quod prima pro nocte datur cum lance beata
Dacicus et scripto radiat germanicus auro
Si tibi simplicitas uxoria deditus uni
Est animus summitte caput ceruice parata
Ferre iugum nullam inuenies que parcat amanti
Ardeat ipsa licet tormentis gaudet amantis
Et spoliis igitur longe minus utilis illi
Uxor quisquis erit bonus optandusque maritus
Nil unquam inuita donabis coniuge uendes
Hac obstante nihil nihil hac si nolet emetur
Hec dabit affectus ille excludatur amicus
Iam senior cuius barbam tua ianua uidit
Testandi cum sit lenonibus atque lanistis
Libertas et iuris idem contingat harene
Non unus tibi riualis dictabitur heres
Pone crucem seruo meruit quo crimine seruus
Supplicium quis testis adest quis detulit audi
Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa
O demens ita seruus homo est nil fecerit esto
Hoc uolo sic iubeo sit pro ratione uoluntas

Imperat ergo viro sed mox hec regna relinquit
Permutatque domos et flammea conterit inde
Advolat et spreti repetit vestigia lecti
Ornatas paulo ante fores pendentia linquit
Vela domus et adhuc virides in limine ramos
Sic crescit numerus sic fiunt octo mariti
nota Quinque per autumnos titulo res digna sepulchri
Desperanda tibi salva concordia socru
Illa docet spoliis nudi gaudere mariti
Illa docet missis a corruptore tabellis
Nil rude nil simplex rescribere decipit illa
Custodes aut ere domat tunc corpore sano
Advocat archigenen onerosaque pallia iactat
Abditus interea latet et secretus adulter
Impatiensque more pavet et preputia ducit
Scilicet expectas ut tradat mater honestos
Atque alios mores quam quos habet utile porro
Filiolam turpi vetule producere turpem
Nulla fere causa est in qua non femina litem
Moverit accusat manilia si rea non est
Componunt ipse per se formantque libellos
Principium atque locos celso dictare parate
Endromadas tirias et femineum ceroma
Quis nescit aut quis non vidit vulnera pali
Quem cavat assiduis sudibus scutoque lacessit
Atque omnes implet numeros dignissima prorsus
Floralis matrona tuba nisi siquid illo
Pectore plus agitat vereque paratur harene
Quem prestare potest mulier galeata pudorem
Que fugit a sexu vires amat hec tamen ipsa
Vir nollet fieri nam quantula nostra voluptas
Quale decus rerum si coniugis auctio fiat
Baltheus et manice et triste crurisque sinistri
Dimidium tegimen ut si diversa movebit
Prelia tu felix ocreas vendente puella
Hee sunt que tenui sudant in ciclade quarum

Delicias et panniculus bombicinus urit
Aspice quo fremitu monstratos perferat ictus
Et quanto galee curvetur pondere quanta
Poplitibus sedeat quam denso fascia libro
Et videt positis scaphium cum sumitur armis
Dicite vos neptes lepidi cecive metelli
Gurgitis aut fabii que ludia sumpserit umquam
Hos habitus quando ad palum gemat uxor asili
Semper habet lites alternaque iurgia lectus
In quo nupta iacet minimum dormitur in illo
Tunc gravis illa viro tunc orba tigride peior
Cum simulat gemitus occulti conscia facti
Aut odit pueros aut ficta pelice plorat
Uberibus semper lacrimis semperque paratis
In statione sua atque expectantibus illam
Quo iubeat manare modo tu credis amorem
Tu tibi nunc curuca places fletumque labellis
Exorbes que scripta et quot lectura tabellas
Si tibi zelotipe retegantur scrinia meche
Sed iacet in servi complexibus aut equitis dic
Dic aliquem sodes dic quintiliane colorem
Heremus dic ipsam olim convenerat inquit
Ut faceres tu quod velles nec non ego possem
Indulgere mihi clames licet et mare celo
Confundas homo sum nihil est audacius illis
Deprensis iram atque animos a crimine sumunt
Unde hec monstra tamen ut de quo fonte requiris
Prestabat castas humilis fortuna latinas
Quondam nec vitiis contingi parva sinebat
Tecta labor somnique breves et vellere tusco
Vexate dureque manus ac proximus urbi
Hanibal et stantes collina in turre mariti
Nunc patimur longe pacis mala sevior armis
Luxuria incubuit victumque ulciscitur orbem
Nullum crimen abest facinusque libidinis ex quo
Paupertas romana perit hinc fluxit ad istros

Et sibaris colles hinc et rhodos miletos
Atq; coronatum et petulans madiduq; tarētū
Prima peregrinos obscena pecunia mores
Intulit et turpi fregerunt secula luxu
Diuitie molles quid enim uenus ebria curat
Inguinis et capitis que sint discrimina nescit
Grandiaq; medys iam noctibus ostrea mordet
Cum pfusa mero spumant unguenta falerno
Cum bibitur concha cum iā uertigine tectum
Ambulat et geminis exurgit mensa lucernis
I nunc et dubita qua sorbeat aera sanna
dicat Tullea quid doceat note collatea maure
Maura pudicitie ueterem quom preterit arā
Noctibus hic ponunt lecticas micturiunt hic
Effigiemq; dee longis siphonibus implent
Inq; uices equitant et luna teste mouentur
repetunt Inde domos abeunt tu calcas luce reuersa
Coniugis urinam magnos uisurus amicos
Nota bone secreta dee cum tibia lumbos
Incitat et cornu pariter uinoq; feruntur
Attonite crinemq; rotant ululante priapo
Menades o quantus tunc illis mentibus ardor
Concubitusq; uox saltante libidine q̄tus
Ille meri ueteris p crura madentia torrens
Lenonum ancillas posita laufella corona
Prouocat et tollit pendentis premia coxe
Ipsa medulline fluctum crissantis adorat
Palmam inter dominas uirtus natalibus equat
Nil tibi p ludum simulabitur omnia fient
Ad uerum quibus intende iam frigidus euo
Laumedonciades et nestoris hernia possit
Tunc prurigo more impatiens tuc femina simplex
Et pariter toto clamore repetitus ab antro
Iam fas est admicte uiros dormitet adulter
Illa iubet sumpto iuuenē properare cucullo
Si nihil est seruis incurritur abstuleris spem

Seruorum ueniet conductus aquarius hic si
Queritur et desunt hoīes mora nulla p ipām
Quo minus imposito clunem submictat asello
Atq; utinam ritus ueteres et publica saltem
His intacta malis agerentur sacra sed omnes
Nouerunt mauri atq; indi que psaltria penem
Maiora q̄ sunt duo satis anticatones
Illuc testiculi sibi conscius un̄ fugit mus
Intulerit atq; ubi uelari pictura iubetur
Quecūq; alterius sexus imitata figura ē
Et quis tunc hominū cōtemptō nūs aut qs
Simpuuium ridere nume nigrumq; catinum
Et uaticano fragiles de monte patellas
Ausus erat sz nunc ad quas nō clodius aras
Audio quid ueteres olim moneatis amici
Pone seram cohibe sed quis custodiet ipsos
Custodes cauta ē et ab illis incipit uxor
Iamq; eadem summis pariter minimisq; libido
Nec melior silicem pedibus que conterit atrum
Quā que longorum uehitur ceruice syrorum
Ut spectet ludos conducit ocilina uestem
Conducit comites sellam ceruical amicos
Nutricem et flauam cui det mādata puellā
Hec tamen argenti superest quocūq; paterni
Leuibus athletis et uasa nouissima donat
Multis res angusta domi, sed nulla pudorem
Paupertatis habet nec se metitur ad ipsum
Quem dedit hec posuitq; modum tn̄ utile qd sit
Prospiciunt aliqn̄ uiri frigusq; famemq;
Formica tandem quidam expauere magrā
Prodiga nō sentit pereuntem femina censum
Ac uelut exhaustā rediuiuus pullulet arca
Nummus et e pleno semp tollatur aceruo
Non unq̄ reputant q̄ti sibi gaudia constent
Sunt quas eunuchi imbelles ac mollia semp
Oscula delectant et desperatio barbe

Et quod abortiuo nō ē opus illa uoluptas
Summa tamē qs iam calida matura iuuēta
Inguina traduntur medicis iā pectine nigro
Ergo expectatos ac iussos crescere primū
Testiculos postq̄ ceperunt esse bilibres
Tonsoris tantum damnos rapit heliodorus
Conspicuus longe cunctisq; notabilis intrat
Balnea nec dubie custodem uitis et horti
Prouocat ad dnām factus spado dormiat ille
Cum domina sed tu iam durū postume iāq;
Tondendum eunucho bromium committere noli
Si gaudet cantu nullius fibula durat
Vocem uendentis pretoribꝫ organa semꝑ
In manibꝫ densi radiant testudine tota
Sardonices crispo numerantur pectine cōde
Quo tener idimeles opā dedit huc tenet hꝫ se
Solatur grato qd indulget basia plectro
Quedam de numero lamiarꝫ ac nois alti
Cum farre et uino ianū uestamq; rogabat
An capitolinam deberet pollio quercum
Sperare et fidibus promictere qd faceret plus
Egrotante uiro medicis qd tristibꝫ egra
Filiolum fecit ante arā neq; turpe putauit
Pro cithara uelare caput dictataq; uerba
Pertulit ut mos ē et aperta palluit agna
Dic mı̄ nunc queso dic antiquissime diuum
Respondes his iane pater magna otia celi
Non ē ut uideo nō ē quid agatur apud uos
Hec de comedis te consulit illa tragedum
Commendare uolet uaricosus fiet aruspex
Sed cantet potius q̄ totam peruolet urbem
Audax et coetus possit q̄ ferre uiror
Cumq; paludatis ducibꝫ presente marito
Ipsa loqui recta facie strictisq; mamillis
Hec eadem nouit quid toto fiat in orbe
Quid seres quid traces agāt secreta nouerce

Et pueri

Et pueri quis amet quis decipiatur adulter
Dicet quis uiduam pgnātē fecerit et quo
Mense quibꝫ uerbis concumbat queq; mōis quot
Instantem regi armento parthoq; cometem
Prima uidet famam rumoresq; illa recentes
Excipit ad portas quosdam facit et niphatem
In populos magnoq; illic cuncta arua teneri
Diluuio mutare urbes subsidere terras
Quocūq; in triuio cuicūq; ē obuia narrat
Nec tamen id uitium magis ītollerabile q̄ qd
Vicinos humiles rapere et concidere loris
Exorata solet nam si latratibus alti
Rumpuntur somni custos huc ocius inquit
Afferre atq; illis dominum iubet ante feriri
Deinde cum grauis occursu teterrima uultu
Balnea nocte subit conchas et castra moueri
Nocte iubet magno gaudet sudare tumultu
Cum lassata graui ceciderunt brachia massa
Callidus et criste digitos impressit aliptes
Ac summum domine femur exclamare coegit
Conuiue miseri interea somnoq; fameq;
Vrgentur tandem illa uenit rubicundula totū
Oenophorum sitiens plena qd tenditur urna
Admotum pedibus de quo sextarius alter
Ducat/ ante cibum rapidam facturus orexim
Dum redit et terram luto ferit intestino
Marmoribꝫ riui properant aut lata phalerno
Peluis olet nam sic tanq̄ alta ī dolia longus
Deciderit serpens bibit et uomit ergo maritus
Nauseat atq; oculis bilem constringit apertis
Illa tamen grauior que cū discumbere cepit
Laudat uirgilium periture ignoscit elise
Committit uates et comparat inde maronem
Atq; alia parte in trutina suspendit homerū
Cedunt grammatici uincunt rethores omnis
Turba tacet neq; causidicus neq; preco loquetur

Altera neq; mulier uerbo⁊ tanta cadit uis
Tot pariter pelues ac tintinabula dicas
Pulsari iam nemo tubas atq; era fatiget
Vna laboranti poterit succurrere lune
Imponit finem sapiens et rebus honestis
Nam que docta nimis cupit et facunda uideri
Crure tenus medio tunicas subcingere debet
Non habeat matrona tibi que iuncta recubit
Dicendi genus aut curuum sermone rotato
Torqueat enthimema nec ystorias sciat omnes
Sed quedam ex libris et non intelligat odi
Hanc ego que repetit uoluit palemonis artem
Seruata lege semper et ratione loquendi
Ignotosq; michi tenet antiquaria uersus
Nec curanda uiris opice castigat amice
Verba solecismum liceat fecisse marito
Nil non permictit mulier sibi turpe putat nil
Cum uirides gemmas collo circumdedit et cum
Auribus extensis magnos commisit elenchos
Intollerabilius nihil est quam femina diues
Interea feda aspectu ridendaq; multo
Pane tumet facies aut pinguia poppeana
Spirat et hic miseri uiscantur labra mariti
Ad mechum lota ueniunt cute quando uideri
Vult formosa domi mechis foliata paratur
His emitur quicquid graciles huc mictitis indi
Tandem aperit uultum et prima tectoria repponit
Incipit agnosci atq; illo lacte fouetur
Propter quod secum comites educit asellas
Exul hyperboreum si dimictatur ad axem
Sed que mutatis inducitur atq; fouetur
Tot medicaminibus coctaq; siliginis offas
Accipit ac madide facies dicetur an ulcus
Est opere pretium penitus cognoscere toto
Quid faciant agitentq; die si nocte maritus
Auersus iacuit periit libraria ponunt

Cosmete tunicas tarde uenisse liburnus
Dicitur et penas alieni pendere somni
Cogitur hic frangit ferulas rubet ille flagellis
Hic scutica sunt que tortoribus annua prestent
Verbera atq; illa faciem linit audit amicas
Aut latum picte uestis considerat aurum
Et cedit longi relegit transuersa diurni
Et cedit donec lassis cedentibus exi
Intonet horrendum iam cognitione peracta
Prefectura domo sicula non mitior aula
Nam constituit solitoq; decentius optat
Ornari et properat iamq; expectatur in hortis
Aut apud ysiace potius sacraria lene
Componit crinem laceratis ipsa capillis
Nuda humero psecas infelix nudisq; mamillis
Altior hic quare cincinnus taurea punit
Continuo flexi crimen facinusq; capilli
Quid psecas admisit que nam est culpa puelle
Si tibi displicuit nasus tuus altera leuum
Extendit pectitq; comas et uoluit in orbem
Est in consilio matrona admotaq; lanis
Emerita que cessat acu sententia prima
Huius erit post hanc etate atq; arte minores
Censebunt tamquam fame discrimen agatur
Aut anime tanti est querendi cura decoris
Tot premit ordinibus tot adhuc compagibus altum
Edificat caput andromachen a fronte uidebis
Post minor est credas aliam cedo si breue parui
Sortita est lateris spatium breuiorq; uidetur
Virgine pigmea nullis adiuta coturnis
Et leuis erecta consurgit ad oscula planta
Nulla uiri cura interea nec mentio fiet
Damnorum uiuit tamquam uicina marito
Hoc solo proprior quod amicos coniugis odit
Et seruos grauis est rationibus ecce furentis
Bellone matrisq; deum chorus intrat et ingens

Semivir obsceno facies reverenda minori
Mollia qui tacta secuit genitalia testa
Iampridem quoi rauca cohors qui tympana cedunt
Plebeia et frigia vestitur bucca tyara
Grande sonat metuique iubet septembris et austri
Adventum nisi se centum lustraverit ovis
Et xerapellinas vestes donaverit ipsi
Vt quicquid subiti et magni discriminis instat
In tunicas eat et totum semel expiet annum
Hibernum fracta glacie descendet in amnem
Ter matutino tiberi mergetur et ipsis
Verticibus timidum caput abluet inde
Totum regis agrum nuda et tremebunda
Erepet genibus si candida iusserit io
Ibit ad egypti finem calidasque petitas
A merore portabit aquas ut spargat in edem
Isidis antiquo quae proxima surgit ovili
Credit enim ipsius domine se voce moneri
En animam et mentem cum qua dii nocte loquantur
Ergo hic precipuum summumque meretur honorem
Qui grege lanigero circumdatus et grege calvo
Plangentis populi currit derisor anubis
Ille petit veniam quoties non abstinet uxor
Concubitu sacris observandisque diebus
Magnaque debetur violato poena caduco
Et movisse caput visa est argentea serpens
Illius lachrimis meditataque murmura prestant
Et veniam culpe non abnuat ansere magno
Scilicet et tenui prepone corruptus osyris
Cum dedit ille locum cophino fenoque relicto
Archanam iudea tremens mendicat in aurem
Interpres legum solimarum et magna sacerdos
Arboris ac summi fida internuncia celi
Implet et illa manum sed parcius ere minuto
Qualiacunque voles iudei somnia vendunt
Spondet amatorem tenerum vel divitis orbi
Testamentum ingens calide pulmone columbe
Tractato armenius vel comagenus aruspex
Pectora pullorum rimatur et exta catelli
Interdum et pueri faciet quod deferat ipse
Caldeis et maior erit fiducia quicquid
Dixerit astrologus credent a fonte relatum
Hammonis quoniam delphis oracula cessant
Et genus humanum damnat caligo futuri
Precipuus tamen est horum qui sepius exul
Cuius amicitia conducendaque tabella
Magnus civis obit et formidatus othoni
Inde fides arti sonuit si dextera ferro
Levaque si longo castrorum in carcere mansit
Nemo mathematicus genium indemnatus habebit
Sed qui pene perit quoi vix in cyclade mitti
Contigit et parva tandem caruisse seripho
Consulit hic tetrice lento de funere matris
Ante tamen de te tanaquil tua quando sororem
Efferat et patruos an sit victurus adulter
Post ipsum quid enim maius dare numina possunt
Hec tamen ignorat quid sidus triste minetur
Saturni quo leta venus se proferat astro
Qui mensis damnis quae dentur tempora lucro
Illius occursus etiam vitare memento
In cuius manibus ceu pinguia succina tritas
Cernis ephemeridas quae nullum consulit et iam
Consulitur quae castra viro patriamque petente
Non ibit pariter numeris revocata trasilli
Ad primum lapidem vectari cum placet hora
Sumitur ex libro si prurit frictus ocelli
Angulus inspecta genesi collyria poscit
Egra licet iaceat capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo nisi quam dederit petosiris
Si mediocris erit spatium lustrabit utrinque
Metarum et sortes ducet frontemque manumque
Prebebit vati crebrum poppysma roganti

Diuitibus reſponſa feret frixo augur et indus
Conductuſ dabit aſtrorum mundiq; peritus
Atq; aliquiſ ſenior qui publica fulgura condit
Plebeiuſ in circo poſitum eſt et in aggere fatum
Que nuduſ longum oſtendet ceruicibus aurum
Conſulit ante falaſ delphinorumq; columpnas
An ſaga uendenti nubat caupone relicto
Hec tamen et partus ſubeunt diſcrimen et omnes
Nutriciſ tolerant fortuna urgente labores
Sed iacet aurato uix ulla puerpera lecto
Tantum arteſ huiuſ tantum medicamina poſſunt
Que ſteriles facit atq; homines in uentre necandos
Conducit gaude infelix atq; ipſe bibendum
Porrige quicquid erit nam ſi diſtendere uellet
laſſare″ Et uexare uterum pueriſ ſalientibus eſſes
Aethiopiſ fortaſſe pater mox decolor heres
Impleret tabulaſ nunquam tibi mane uidendus
Tranſeo ſuppoſitos et gaudia uotaq; ſepe
Ad ſuperoſ decepta lacuſ atq; inde petitos
Pontificeſ ſalioſ ſcaurorum nomina falſo
Corpore laturoſ ſtat fortuna improba noctu
Arridenſ nudiſ infantibus hoſ fouet omnes
Inuoluitq; ſinu domibus tunc porrigit altis
Secretumq; ſibi mimum parat hoſ amat hiſ ſe
Ingerit atq; ſuoſ ſemper producit alumnos
ſ″ Hic magicoſ affert cantuſ hic theſala uendit
Philtra quibus ualeat mentem uexare mariti
Inde animi caligo et magna obliuia rerum
Quaſ modo geſſiſti tamen hoc tollerabile ſi non
Et furere incipiaſ et auunculuſ ille nerones
Quoi totam tremuli frontem ceſonia pulli
Infudit que non faciet quod principiſ uxor
Ardebant cuncta et fracta compage ruebat
Non aliter quam ſi feciſſet iuno maritum
Inſanum minuſ ergo nocenſ erit agrippine
Boletuſ ſiquidem unuſ precordia preſſit

Ille ſeniſ tremuliq; caput deſcendere iuſſit
In celum et longa manantia labra ſaliua
Hec poſcit ferrum atq; ingenſ hec potio torquet
Hec lacerat mixtos equitum cum ſanguine patres
Tanti partuſ eque quanti una uenafica conſtat
Oderunt natos de pelice nemo repugnet
Nemo uetet iam iam priuignum occidere faſ eſt
Voſ ergo populi moneo quibus amplior res
Cuſtodite animaſ et nulli credite menſe
Liuida materno feruent adipata ueneno
Mordeat inde aliquiſ quicquid porrexerit illa
Que peperit timiduſ pregustet pocula papas
Fingimuſ hec ſatura altum ſumente coturnum
Scilicet egreſſi et finem legeſq; priorum
Grande ſophocleo carmen bacchamur hiatu
Montibus ignotum rutuliſ celoq; latino
Noſ utinam uani ſed clamat pontia feci
Confiteor puerisq; meiſ aconita paraui
Que deprenſa patent facinuſ tamen ipſa peregi
Tu ne duoſ una ſeptem ſi forte fuiſſent
Tu ne duoſ una ſeuiſſima uipera cena
Tu ne duoſ ſeptem ſi ſeptem forte fuiſſent
Credamuſ tragiciſ quicquid de colchide torua
Dicatur et progne nil contra conor et ille
Grandia monſtra ſuiſ audebant temporibus ſed
Non propter nummos minor admiratio ſummis
Debetur monſtriſ quotienſ facit ira nocentem
Hunc ſexum et rabie iecur incendente feruntur
Precipiteſ ut ſaxa iugiſ abrupta quibus mons
Subtrahitur cliuoq; latuſ pendente recedit
Illa ego non tulerim que computat et ſceluſ ingens
Sana facit ſpectat ſubeuntem fata mariti
Alceſtem et ſimiliſ ſi permutatio detur
Morte uiri cuperent animam ſeruare catelle
Occurrent multe tibi belideſ atq; eriphile
Mane clitemneſtram nulluſ non uicus habebit

Hec tamen refert q tindaris illa bipennem
Insulam et fatuam dextra leuaq; tenebat
At nunc res agitur tenui pulmone rubete
Sed tamen et ferro si pregustaret atrides
Pontica ter uicti cautus medicamina regis

Iunii Iuuenalis Satirarum liber secundus explicit
Incipit tertius

Et spes et ratio studiorum
in cesare tantum
Solus enim tristes
hac tempestate
camenas
Respexit cum iam
celebres notiq; poete
Balneolum gabiis
rome conducere furnos
Temptarent nec fedum alii nec turpe putarent
Precones fieri cum desertis aganippes
Vallibus esuriens migraret in atria clyo
Nam si pieria quadrans tibi nullus in arca
Ostendatur ames nomen uictumq; machere
Et uendas potius commissa quod auctio uendit
Stantibus enophororum tripodes armaria cistas
Alcinoem bacchi thebas et therea fausti
Hec satius quam si dicas dicas sub iudice uidi
Quod non uidisti faciant equites asiani
Quamquam et capadoces faciant equitesq; bithini
Altera quos nudo traducit gallia talo
Nemo tantum studiis indignum ferre laborem
Cogetur post hec nectit quicumq; canoris
Eloquium uocale modis laurumq; momordit
hoc agite o iuuenes circumspicit et stimulat uos
Materiamq; sibi ducis indulgentia querit
Si qua aliunde putas rerum expectanda tuarum
Presidia atq; ideo crocee membrana tabelle

Impletis lignorum aliquid posce ocius et quae — componis
Conscribis dona veneris celestine marito
Aut claude et positos tinea pertunde libellos
Frange miser calamos vigilataque prelia dele
Qui facis in parva sublimia carmina cella
Ut dignus venias ederis et imagine macra
Spes nulla ulterior didicit nam dives avarus
Tantum admirari tantum laudare disertos
Ut pueri iunonis avem sed defluit etas
Et pelagi patiens et cassidis atque ligonis
Tedia tunc subeunt animos tunc seque suamque
Terpsicoram odit facundia et nuda senectus
Accipe nunc artes ne quid tibi conferat iste
Quem colis et musarum et apollinis ede relicta
Ipse facit versus atque uni cedit homero
Propter mille annos ac si dulcedine fame
Succensus recites maculonis accomodat edes
At longe ferrata domum servire iubetur
In qua sollicitas imitatur ianua portas
Stat dare libertos extrema in parte sedentem
Ordinis et magnas comitum disponere voces
Nemo dabit regum quanti subsellia constant
Et que conducto pendent anabatra tigillo
Queque reportandis posita est orchestra cathedris
Nos tamen hec agimus tenuique in pulvere sulcos
Ducimus et latus sterile versamur aratro
Nam si discedas laqueo tenet ambitiosi
Consuetudo mali tenet insanabile multos
Scribendi kachoethes et egro in corde senescat
Sed vatem egregium cui non sit publica vena
Qui nihil expositum soleat deducere nec qui
Communi feriat carmen triviale moneta
Nunc qualem nequeo monstrare et sentio tantum
Anxietate carens animus facit omnis acerbi
Impatiens cupidus silvarum actusque videndis
Fontibus aonidum neque est cantare sub antro

Piero tirsum ut potest contingere sana
Paupertas atq; eris inops quo nocte dieq;
Corpus eget satur est cum dicit oratius
Quis locus ingenio nisi cum se carmine solo
Vexant et dominis cyrre niseq; feruntur
Pectora ura duas nō admittentia curas
Magne mentis opus nec de lodice paranda
Attonite currus et equos faciesq; deoꝝ
Aspicere et qualis rutuli cōfundat erinis
Nam si uirgilio puer et tollerabile desit
Hospitium caderent omnes crinibus ydri
Surda nihil gemeret grauis buccina poscimꝰ ut sit
Non minor antiquo rubrenus lappa coturno
Cuius albiola et lenam pigneraret atreus
Non habet infelix numitor qd mictat
Quintile quid donet habet nec defuit illi
Unde emeret multa pascendū carne leonē
Iam domitum constat leuiori bellua sumptu
Nimirum et capiunt plus intestina poete
Contentus fama iaceat lucanus in ortis
Marmoreis et serrano tenuiq; salino
Gloria q̄talibet quid erit singula tātū ē
Curritur ad uocem iocūdā et carmine amice
Thebaidos letam cum fecit statius urbem
Promisitq; diem tanta dulcedine captos
Afficit ille animos tantaq; libidine uulgi
Auditur sed cū confregit subsellia uersu
Esurit intactam paridi nec uendat agauen
Ille et militie multis largitur honorem
Semestri uatum digitos circūligat auro
Quod nō dant proceres dabit histrio tu camerinos
Et bareas tu nobilium magna atria curas
Prefectos pelopea facit philomena tribunos
Haud tam inuideas uati quē pulpita pascunt
Quis tibi mecenas quis nūc erit aut proculeus
Aut fabius quis cotta iterum qs lentulus alter

Tunc par ingenio pretium tūc utile multis
Pallere et uinū toto nescire decembri
Vester porro labor facundior historiaꝝ
Scriptores perit hic plus temporis atq; olei plus
Namq; oblita modi millesima pagina surgit
Omnibus et crescit multa damnosa papiro
Sic ingens reꝝ numerus iubet aut operum lex
Que tamen inde seges terre quis fructus apte
Quis dabit historico q̄tum daret acta legenti
Sed genus ignauum qd lecto gaudet et umbra
Dic igitur quid causidicis ciuilia prestent
Officia et magno comites in fasce libelli
Ipsi magna sonant sed tunc cum creditō audit
Precipue uel si tetigit latus acrior illo
Qui uenit ad dubium grandi cū codice nomē
Tunc immensa caui spirant mendacia folles
Conspuiturq; sinus ueram deprehendere messem
Si libet hinc centum patrimonia causidicoꝝ
Parte alia solum russati pone lacerte
Considera duces surgis tu pallidus aiax
Dicturus dubia pro libertate bubulco
Iudice rumpe miser tensum iecur ut tibi lasso
Figantur uirides scalaꝝ gloria palme
Quod uocis pretium siccus petasunculus ut uas
Pelamidum et ueteres afroꝝ oppimenia bulbi
Ut uinum tiberi deuectum qnq; lagene
Si quater egisti si contigit aureus unus
Inde cadunt partes in federe pragmaticoꝝ
Emilio dabitur q̄tum petit et melius nos
Egimus huius enim stat currus eneus alti
Quadriiuges in uestibulis atq; ipse feroci
Bellatore sedens curuatū astile minatur
Eminus et statua meditatur prelia lusca
Sic pedo conturbat maro deficit exitus hic ē
Tongilli magno cum et richeronte lauari
Qui solet uexat lutulenta balnea turba

Perq; forum iuuenes longo p̄mit aſſere medoſ
Empturuſ pueroſ argentum murrina uillas
Spondet enim tyro ſcalataria purpura filo
Et tam̄ eſt illiſ hoc utile purpura uendit
Cauſidicum uendit ametiſtina ꝯuenit illiſ
Et ſtrepitu et facie maioriſ uiuere cenſus
Sed finem impenſe nõ ſeruat pdiga roma
Vt redeant ueteres ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit numos niſi fluxerat anuluſ igẽs
Reſpicit hoc primũ qui litigat an tibi ſerui
Octo decem comites an poſita ſella togati
Añ pedeſ ĩõ conductaſ pauluſ agebat
Sardonice atq; ideo pluriſ q̃ coſſuſ agebat
Qz baſiluſ rara ẽ in tenuj facunda panno
Qua nõ licet baſilio flentem deducere matrẽ
Quiſ bene dicentem baſilium ferat accipiat te
Gallia uel potiuſ nutricula cauſidicoꝝ
Africa ſi placuit mercedem imponẽ lingue
Declarare doceſ o ferrea pectora uecti
Cum perimunt ſeuoſ claſſiſ numeroſa tyrannos
Nam quecũq; ſedenſ modo legerat h̃ eadẽ ſtãs
Perferet hec eadem cantabit uerſibꝫ iſdem
Occidit miſeroſ crambre repetita magr̃os
Quiſ color et quid ſit cauſe genuſ atq; ubi ſũma
Queſtio que ueniant diuerſa parte ſagitte
Noſce uolunt omneſ mercedem ſoluere nemo
Mercedem appellaſ qd enim ſcio culpa docentiſ
Scilicet arguit q leua in parte mamille
Nil ſalit archadico iuueni cuiuſ mihi ſexta
Quaq; die miſerum caput diruſ hanibal implet
Quicquid id ẽ de quo deliberat an petat urbẽ
A cannis an poſt nimboſ et fulmina cautus
Circumagat madidas a tempeſtate cohõtes
Quantũ uiſ ſtipulare et protinuſ accipe qd do
illũ Vt totienſ eũ pr audiat aſt alij ſex
Et plureſ uno conclamant ore ſophiſte

Et ueraſ agitãr lites et raptore relicto
Fuſa uenena ſilent ingratuſq; maritus
Et que iam ueteres ſonant mõtaria cecoſ
Ergo ſibi dabit ipſe rude ſi me monebit
Ꝯſilia et uite diuerſum iter ingredietꝛ
Ad pugnam q rethorica deſcendit ab umbra
Summula ne pereat qua uiliſ teſ ꝯuenit
Frumenti quippe hec merceſ lautiſſima tempta
Griſagonuſ quanti doceat uel pollio quanti
Lauroꝝ pueroſ artem ſcindenſ theodori
Balnea ſexcentiſ et pluriſ porticuſ inqua
Geſtet dominuſ quotienſ pluit an ne ſerenũ
Expectet ſpargatq; luto iumenta recenti
Hic potiuſ namq; hic mũde nitet ungula mule
Parte alia longiſ numidoꝝ fulta columnis
Surgat et algentem rapiat cenatio ſolem
Quamticũq; domuſ ueniet q fercula docte
Componat ueniet qui pulmentaria uendit
Hoſ inter ſumptuſ ſextertia quintiliano
Vt multum duo ſufficient reſ nulla minoris
Conſtabit pater q̃ filiuſ unde tot igitur
Quintilianuſ habet ſaltuſ extra nouoꝝ
Factoꝝ tranſi felix et pulcer et acer
Felix et ſapienſ et nobiliſ et generoſus
Appoſitam nigre lunam ſubtexit alute
Felix orator quoq; maximuſ et iaculatõ
Et ſi pfrixerit cantat bene diſtat enim que
Sidera te excipiant modo primoſ incipientẽ
Edere uagitus et adhuc a matre rubentem
Si fortuna uolet fies de rethore conſul
Si uolet hec eadem fiet de conſule rethor
Vendi deuſ quid enim quid tulliuſ an ne aliqd q̃
Siduſ et occulti miranda potentia fati
Seruiſ regna dabunt captiuiſ fata triumphos
Felix ille tamen coruo quoq; rarior albo
Penituit multos uane ſteriliſq; cathedre
Sicut treſ machi probat exituſ atq; ſi

Carinatis et huc inopem uidistis athene
Nil preter gelidas ause conferre cicutas
Dy maioꝝ umbris tenuē et sine pondere terrā
Spirantesq; crocos et in urna perpetuū uer
Qui preceptorem sancti uoluere parentis
Esse loco metuens uirge iam grandis achilles
Cantabat patriis in montibus et cui nō tunc
Eliceret risum citharedi cauda magistri
Sed rufum atq; alios cedit sua queq; iuuentus
Rufum qui totiens ciceronem allobroga dixit
Quis gremio encheladi doctiq; palemonis affert
Quantum gramaticus meruit labor tam ex hoc
Quodcūq; est minus ē aut q̄ et rectoris era
Discipuli custos premordet acenetus ipse
Et qui dispensat frangit sibi cede palemon
Et patere inde aliquid decrescere nō aliť q̄
Institor iberne tegetis niueiq; cadurci
Dummodo pereat medie qui noctis ab ora
Sedisti qua nemo faber qua nemo sedebat
Qui docet obliquo lanam deducere ferro
Quot stabant pueri cum totus dolor esset
Flaccus et hereret nigro fuligo maroni
Rara tantum merces que cognitione tribuni
Non egeat sed uos seuas imponite leges
Ut preceptoꝝ verboꝝ regula constet
Ut legat historias auctores nouerit omēs
Tanqm̄ ungues digitosq; suos ut forte rogatus
Dum petit aut thermas aut phebi balnea dicat
Nutricem anchise nomen patriamq; nouerce
Archemori dicat quot acestes uixerit annos
Quot siculis frigibus uini donauerit urnas
Exigite ut mores teneros ceu pollice ducat
Ut siquis cera uultum facit exigite ut sit
Et pater ipsius cetus ne turpia ludant
Ne faciant uicibꝫ nō est leue tot puerorum
Obseruare manus oculosq; in fine trementes

Hec inquit curas et cum se uerterit annus
Accipe uictori populus qđ postulat auꝝ

De claritate nobilium tractat ad ponticum

s Temata quid faciunt quid
prodest pontice longo
Sanguine censeri pictos
ostendere uultus
Maioꝝ et stantes in curribꝫ
emiliano
Et curios iam dimidios nasumq; minorem
Coruinum et galbam auriculis nasoq; carentem
Quis fructus generis tabula iactare capaci
Famosos equitum cum dictatore magros
Si coram lepidis male uiuit effigies quo
Tot bellatoꝝ si luditur alea per noxe
Ante numantinos si dormire incipis ortus
Luciferique signa duces et castra mouebunt
Cur allobrogicis et magna gaudeat ara
Natus in herculeo fabius lare si cupidus
Vanus et euganea q̄tum uis mollior agna
Si tenerum attritus catinensi pumice lumbū
Squalentes pducat auos emptorq; ueneni
Frangendam miseram funestat ymagine gentem
Tota licet ueteres exornent undiq; cere
Atria nobilitas ē sola atq; unica uirtus
Paulus uel cossus uel drussus moribꝫ esto
Hos ante effigies maioꝝ pone tuoꝝ
Precedant ipsas illi te consule uirgas
Prima mihi debes animi bona sanctus haberi
Iustitieq; tenax factis dictisq; mereris
Agnosco procerem salue getulice seu tu
Sillanum quocūq; alio de sanguine rarus
Ciuis et egregius patrie contingis ouanti
Exclamare libet populus q̄ clamat osiri
Inuento quis enim generosum dixerit hunc qui

Indignus genere et praeclaro nomine tantum
Insignis nanum cuiusdam athalanta vocamus
Ethiopem cinnum prauam extortamque puellam
Europam canibus pigris scabieque uetusta
Leuibus et sicce lambentibus ora lucerne
Qd Nomen erit pardus tigris leo si quid adhuc est
Et fremit in terris uiolentius ergo cauebis
Et metues ne tu sis creticus aut camerinus
His ego quem monui tecum est mihi sermo rubelli
Blande tumes alto drusorum sanguine tanquam
Feceris ipse aliquid propter quod nobilis esses
Ut te conciperet que sanguine fulget yuli
Non que uentoso conducta sub aggere texit
Vos humiles inquis uulgi pars ultima nostri
Quorum nemo queat patriam monstrare parentis
Ast ego cecropides uiuas et originis huius
Gaudia longa feras tamen yma plebe quiritem
Facundum inuenies solet hic defendere causas
Nobilis indocti ueniet de gente togata
Qui iuris nodos et legum enigmata soluat
Hic petit eufraten iuuenis domitique bataui
Custodes aquilas armis industrius at tu
Nil nisi cecropides truncoque simillimus herme
Nullo quippe alio uincis discrimine quam quod
Illi marmoreum caput est tua uiuit ymago
Dic michi teucrorum proles animalia muta
Quis generosa putet nisi fortia nempe uolucrem
Sic laudamus equum facili cui plurima palma
Feruet et exultat rauco uictoria circo
Nobilis hic quocumque uenit de gramine cuius
Clara fuga ante alios et primus in equore puluis
Sed uenale pecus corithe posteritas et
Hirpini si rara iugo uictoria sedit
Nil ibi maiorum respectus gratia nulla
Umbrarum dominos pretiis mutare iubentur
epiredia Exigui trito ducunt ephimeda collo

Segnipedes dignique molam uersare nepotis
Ergo ut miremur te non tua primum aliquid da
Quod possis titulis incidere preter honores
Quos illis damus ac dedimus quibus omnia debes
Hec satis ad iuuenem quem nobis forma superbum
Tradidit inflatum plenumque nerone propinquo
Rarus enim ferme sensus communis in illa
Fortuna sed te censeri laudem tuorum
Pontice noluerim sic nil ipse future
Laudis agas miserum est aliorum incumbere fame
Ne collapsa ruant subductis tecta columnis
Stratus humi palmes uiduas desiderat ulmos
Esto bonus miles tutor bonus arbiter idem
Integer ambigue si quando citabere testis
Incerteque rei phalaris licet imperet ut sis
Falsus et admoto dictet periuria thauro
Summum crede nephas animam preferre pudori
Et propter uitam uiuendi perdere causas
Dignus morte perit licet cenet ostrea centum
Gaurana et cosmi toto mergatur aheno
Expectata diu tandem prouincia cum te
Rethorem accipiet pone ire frena modumque
Pone auaritie miserere et inopum sociorum
Ossa uides regum uacuis exsuta medullis
Respice quid moneant leges quid curia mandet
Premia quanta bonos maneant quam fulmine iusto
Et capito et numitor ruerint damnante senatu
Pirate cilicum sed quid dampnatio confert
Precone chirippe tuis circumspice pannis
Cum pansa eripiet quicquid tibi napta relinquit
Iamque tace furor est post omnia perdere naulum
Non idem gemitus olim nec uulnus erat par
Dampnorum sociis florentibus et modo uictis
Plena domus tunc omnis et ingens stabat aceruus
Nummorum spartana clamis conchilia choa
Et cum parasii tabulis signisque mironis

Phidiacum vivebat ebur nec non Policleti
Multus ubique labor rare sine Mentore mense.
Inde Dolobella atque hinc Antonius inde
Sacrilegus Verres referebat navibus altis
Occulta spolia et plures de pace triumphos.
Nunc sociis iuga pauca boum grex parvus equarum
Et pater armenti capto eripientur agello
Ipsi deinde lares si quid spectabile signum
Si quis in edicula deus unicus. hec enim sunt
Pro summis nam sunt hec maxima. despicias tu
Forsitan inbelles Rhodios unctamque Corinthon
Despicias merito quid enim resinata iuventus
Cruraque totius facient tibi levia gentis
Orrida vitanda est Hispania Gallicus axis
Illiricumque latus parce et messoribus illis
Qui saturant urbem circo scenamque vacantem
Quanta autem inde feres tam dire premia culpe
Cum tenues nuper Marius distinxerit Afros
Curandum in primis ne magna iniuria fiat
Fortibus et miseris tollas licet omne quod usquam est
Auri atque argenti tantum scutum gladiumque relinques
Et iacula et galeam spoliatis arma supersunt.
Quod modo proposui non est sententia verum
Credite me vobis folium recitare Sybille.
Si tibi sancta cohors comitum si nemo tribunal
Vendit acersecomes si nullum in coniuge crimen
Nec per conventus et cuncta per oppida curvis
Unguibus ire parat nummos raptura Celeno
Tum licet a Pico numeras genus altaque si te
Nomina delectant omnem Titanida pugnam
Inter maiores ipsumque Promethea ponas
De quocumque voles proavum tibi sumito libro.
Quod si precipitem rapit ambitus atque libido
Si frangis virgas sociorum in sanguine si te
Delectant hebetes lasso lictore secures
Incipit ipsorum contra te stare parentum

Nobilitas

Nobilitas claramque facem preferre pudendis
Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet quanto maior qui peccat habetur.
Quo mihi te solitum falsas signare tabellas
In templis que fecit avus statuamque parentis
Ante triumphalem quo si nocturnus adulter
Ipsa Sandonico velas adoperta cucullo
Preter maiorum cineres atque ossa volucri
Carpento rapitur pinguis Damasippus et ipse
Ipse rotam stringit multo sufflamine consul
Nocte quidem sed Luna videt sed sidera testes
Intendunt oculos finitum tempus honoris
Cum fuerit clara Damasippus luce flagellum
Sumat et occursum nusquam trepidabit amici
Iam senis hac virga prior annuet atque maniplos
Solvet et infundet iumentis ordea lassis
Interea dum lanatas torvumque iuvencum
More Nume cedit ante Iovis altaria iurat
Solam Ypponam et facies olida ad presepia pictas
Sed cum pervigiles placet instaurare popinas
Obvius assiduo Sirophenix udus amomo
Curret Idumee Sirophenix incola porte
Hospitis affectu dominum regemque salutet
Et cum venali Ciane succinta lagena.
Defensor culpe dicet mihi fecimus et nos
Hec iuvenes esto desisti nempe nec ultra
Fovisti errorem breve sit quod turpiter audes
Quedam cum prima resecentur crimina barba
Indulge veniam pueris Damasippus ad illos
Thermarum calices inscriptaque lintea vadit
Maturus bello Armenie Sirieque tuendis
Amnibus et Rheno atque Histro prestare Neronem
Securum valet hec etas mitte Hostia Cesar
Mitte et in magna legatum quere popina
Invenies aliquo cum percussore iacentem
Permixtum nautis aut furibus aut fugitivis

Inter carnifices et fabros sandapilarum
Et resupinati cessantia timpana galli
Aequa ibi libertas communia pocula lectus
Non alius cuiquam nec mensa remotior ulli
Quid facias talem sortitus pontice servum
Nempe in lucanos aut tusca ergastula mittas
At vos troiugene vobis ignoscitis et que
Turpia cerdoni volesos brutumque decebunt
Quid si numquam adeo fedis adeoque pudendis
Utimur exemplis ut non peiora supersint
Consumptis opibus vocem damasippe locasti
Siphario clamosum ageres ut fasma catulli
Laureolum velox etiam bene lentulus egit
Iudice me dignus vera cruce nec tamen ipsi
Ignoscas populo populi frons durior huius
Qui sedet et spectat triscurria patriciorum
Planipedes audit fabios ridere potest qui
Mamercorum alapas quanti sua funera vendant
Quid refert vendunt nullo cogente nerone
Nec dubitant celsi pretoris vendere ludis
Finge tamen gladios inde atque hic pulpita pone
Quid satius mortem sic quisquam exhorruit ut sit
Zelotipus thimeles stupidi collega corinthi
Res haud mira tamen citharedo principe mimus
Nobilis hec ultra quid erit nisi ludus et illud
Dedecus urbis habes nec mirmillonis in armis
Nec clipeo gracchum aut pugnantem falce supina
Damnat enim tales habitus damnat et odit
Nec galea frontem abscondit movet ecce tridentem
Postquam vibrata pendentia retia dextra
Nequicquam effudit nudum ad spectacula vultum
Erigit et tota fugit agnoscendus harena
Credamus tunice de faucibus aurea cum se
Porrigat et longo iactetur spira galero
Ergo ignominiam graviorem pertulit omni
Vulnere cum graccho iussus pugnare secutor

Libera si dentur populo suffragia quis tam
Perditus ut dubitet senecam preferre neroni
Cuius supplicio non debuit una parari
Simia vel serpens unus nec culleus unus
Par agamenonide crimen sed causa facit rem
Dissimilem quippe ille deis auctoribus ultor
Patris erat cesi media inter pocula sed nec
Electre iugulo se polluit aut spartani
Sanguine coniugii nullis aconita propinquis
Miscuit in scena numquam cantavit horestes
Troica conscripsit quid enim virginius armis
Debuit ulcisci magis aut cum vindice galba
Quid nero tam seva crudaque tirannide fecit
Hec opera atque hec sunt generosi principis artes
Gaudentis fedo peregrinum ad pulpita saltu
Prostitui graieque apium meruisse corone
Maiorum effigies habeant insignia vocis
Ante pedes domiti longum tu pone thieste
Sirma vel antigones tu personam menalippes
Et de marmoreo citharam suspende colosso
Quis katilina tuis natalibus atque cethegi
Inveniet quisquam sublimius arma tamen vos
Nocturna et flammas domibus templisque parastis
Ut bracathorum pueri senonumque minores
Ausi quod liceat tunica punire molesta
Sed vigilat consul vexillaque vestra coercet
Hic novus arpinas ignobilis et modo rome
Municipalis eques galeatum ponit ubique
Presidium attonitis et in omni gente laborat
Tantum igitur muros intra toga contulit illi
Nominis ac tituli quantum non leucade quantum
Thesalie campis octavius abstulit udo
Cedibus assiduis gladio sed roma parentem
Roma patrem patrie ciceronem libera dixit
Arpinas alius volscorum in monte solebat
Poscere mercedes alieno lapsus aratro

Nodosam post hec frangebat vertice vitem
Si lentus pigra muniret castra dolobra
Hic tamen et cimbros et summa pericula rerum
Excipit et solus trepidantem protegit urbem
Atq; ideo postq̃ ad cimbros stragemq; volabat
Qui nunq̃ attigerant maiora cadavera corui
Nobilis ornatur lauro collega secunda
Plebeie deciorum anime plebeia fuerunt
Nomina pro totis legionibus hec tn̄ et pro
Omnibus auxiliis atq; oı̄m pube latina
Sufficiunt dijs infernis terreq; parenti
Pluris enim decij q̄ qui servantur ab illis
Ancilla natus trabeam diadema quirini
Et fasces meruit regū ultimus ille bonorum
Prodita laxabant portarum claustra tirannis
Exulibus iuvenes ipsius consulis et quos
Magnum aliquid dubia pro libertate deceret
Quod miraretur cum clodice mucius et que
Imperij fines tiberinum virgo natavit
Occulta ad patres produxit crimina servus
Matronis lugendus at illos verbera iustis
Afficiunt penis et legum prima securis
Malo pater tibi sit thersites dummodo tu sis
Eacide similis vulcaniaq; arma capessas
Q̄ te thersite similem producat acchilles
Et tamen ut longe repetas longeq; revolvas
Nomen ab infami gentem deducis asylo
Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum
Aut pastor fuit aut illud q̄d dicere nolo

Scire velim quare totiens
mihi nevole tristis
Occurras fronte obducta
ceu marsia victus
Quid tibi cum vultu qualē
deprehensus habebat

Ravola dum rodopes uda terit inguina barba
Nos colaphum incutimus lambenti crustula servo
Non erat hac facie miserabilior crepereius
Pollio qui triplicem usuram pſtare paratus
Circuit et fatuos nō invenit un̄ repente.
Tot ruge et certe modico contentus agebas
Vernam equitem conviva ioco mordente facetus
Et salibus vehemens intra pomaria natis
Omnia nunc contra vultus gravis horrida
Silva come nullus tota nitor in cute q̃lem
Prestabat calidi circumlita fascia visci
Sed fruticante pilo neglecta et squalida crura
Quid macies egri veteris quem tpr̄ longo
Torret quarta dies olimq; domestica febris
Deprehendas animi tormenta latentis ī egro
Corpore deprehendas et gaudia sumit utrumq;
Inde habitum igitur flexisse videris
Propositum et vite contrarius ire priori
Nuper enim ut repeto fanum isidis et ganimedē
Pacis et advecte secreta palatia matris
Et cererem nam quo nō prostat femina templo
Notior aufidio mechus celebrare solebas
Quod taceo atq; ipsos etiam inclinare maritos
Utile et hoc multis vite genus at m̄ nullū
Inde opere pretium pingues aliqū lacernas
Munimenta toge duri crassiq; coloris
Et male percussas textoris pectine galli
Accepimus tenue argentum venereq; secunde
Fata regunt homines fatū ē et partibus illis
Quas sinus abscondit nam si tibi sidera cessent
Nil faciet longi mensura incognita membri
Quis te nudum spumanti virro labello
Viderit et blande assidue densēq; tabelle
Sollicitent
Quod tamen ulterius monstrum q̄ mollis avarus
Hec tribui deinde illa dedi mox plura tulisti

Computat atque cavet ponatur calculus adsit
Cum tabula pueri numera sextertia quinque
Omnibus in rebus numerentur deinde labores
Infacile et pronum est agere intra viscera penem
Legitimum atque illic hesterne occurrere cene
Servus erit minus ille miser quam foderit agrum
Non dominum sed tu sane tenere et puerum te
Et pulchrum et dignum cyato celoque putabas
Vos humili assecle vos indulgebitis umquam
Cultori iam nec morbo donare parati
En cui tu viridem umbellam cui succina mictas
Grandia natalis quotiens redit aut madidum ver
Incipit et strata positus longaque cathedra
Munera femineis tractas secreta kalendis
Dic passer cui tot montes cui predia servas
Apula tot milvos intra tua pascua lassos
Te tibi folinus ager fecundis vitibus implet
Suspectumque iugum cumis et gaurus inanis
Nam quis plura linit victuro dolia musto
Quantum erat exhausti lumbos donare clientis
Iugeribus paucis melius ne hic rusticus infans
Cum matre et casulis et cum lusore catello
Cimbala pulsantis legatus fiet amici
Improbus es cum poscis ait sed pensio clamat
Posce sed appellat puer unicus ut polaphemi
Lata acies per quam solers evasit ulixes
Alter emendus erit namque hic non sufficit ambo
Pascendi quid agam bruma spirante quid oro
Quid dicam scapulis servorum mense decembri
Et pedibus durate atque expectate cicadas
Verum ut dissimules ut mictas cetera quanto
Metiris pretio quod ni tibi deditus essem
Devotusque cliens uxor tua virgo maneret
Scis certe quibus ista modis quam sepe rogaris
Et que pollicitus fugientem sepe puellam
Amplexu rapui tabulas quoque ruperat et iam

Signabat tota vix vix hoc ego nocte redemi
Et plorante foris testis mihi lectulus et tu
Ad quem pervenit lecti sonus et domine vox
Instabile ac dirimi ceptum et iam pene solutum
Coniugium in multis domibus servavit adulter
Quo te circum agas que prima aut ultima ponas
Nullum ergo meritum est ingrate ac perfide nullum
Quod tibi filiolus aut filia nascitur ex me
Tollis enim et libris auctorum spargere gaudes
Argumenta viri foribus suspende coronas
Iam pater es decimus quod fame opponere possis
Iura parentis habes propter me scriberis heres
Legatum omne capis nec non et dulce caducum
Comoda preterea iungentur multa caducis
Si numerum si tres implevero iusta doloris
Nevole causa tui contra tamen ille quid affert
Negligit atque alium bipedem sibi querit asellum
Hec soli commissa tibi celare memento
Et tacitus nostras intra te fige querelas
Nam res mortifera est inimicus pumice levis
Qui modo secretum commiserat ardet et odit
Tamquam prodiderim quicquid scio sumere ferrum
Fuste aperire caput candelam apponere valvis
Non dubitat ne contempnas aut despicias quod
His opibus numquam cara est annona veneni
Ergo occulta teges ut curia martis athenis
O corydon corydon secretum divitis ullum
Esse putas servi ut taceant iumenta loquentur
Et canis et postes et marmora claude fenestras
Vela tegant rimas iunge hostia tollito lumen
E medio clament omnes prope nemo recumbat
Quod tantum ad cantum galli facit ille
Proximus ante diem caupo sciet audiet et que
Finxerunt pariter librarius archimagiri
Carptores quod enim dubitant componere crimen
In dominos quotiens rumoribus ulciscuntur

Baltea nec deerit qui te p compita quaerat
Nolentem et miseram vinosus inebriet aure
Illos ergo roges quicquid paulo ante petebas
A nobis taceant illi sed prodere malunt
Arcanum q; subrepti potare falerni
Pro populo faciens q̄tum laufella bibebat
Vivendum recte tum pp plurima tū his
Precipue causis ut linguas mancipiorum
Contempnas iam lingua mali pars pessima servi
Deterior tamen hic qui liber non erit illis
Quorum animas et fere suo custodit et ere
Idcirco ut possis linguam contempnere servi
Utile consilium michi sed commune dedisti
Nunc michi quid suades post damnū tpis et spes
Deceptas festinat enim decurrere velox
Flosculus anguste miserq; brevissima vite
Portio dum bibimus dum serta unguenta puellas
Poscimus obrepit non intellecta senectus
Ne trepida nunq̄ paticus tibi deerit amicus
Stantibus et salvis his collibus undiq; ad illos
Convenient et carpentis et navibus omnes
Qui digito scalpunt uno caput altera maior
Spes superest tu tantum erucis imprime dente
Nec exempla para felicibus et mea cloto
Et lachesis gaudent si pascat inguine venter
O parvi nr̄is q; lares quos thure minuto
Aut farre et tenui soleo exornare corona
Qn̄ ego figam aliquid q̄ sit m̄ tuta senectus
A tegete et baculo viginti milia fenus
Pignoribus positis argenti vascula puri
Sed que fabricius censor notet et duo fortes
De grege medorum qui me cervice locata
Securum iubeant clamoso insistere circo
Sit m̄ preterea curvus celatō et alter
Qui multas facies pingat cito sufficiunt hec
Quando ego paup ero votum miserabile nec spes

His saltem: nam cum pupe fortuna rogatur
Affigit ceras illas de nave petitas
Que siculos cantus effugit remige surdo

DECIMI IVNII Juvenalis QVARTI
LIBER Incipit de contrariis VOTIS

Omnibus in terris
q̄ sunt a gadibus usq;
Auroram et gangem
pauci discernere possunt
Vera bona atq; illis
multum diversa
remota
Erroris nebula
quid enim ratione
timemus
Aut cupimus quid tam dextro pede concipis ut te
Conatus non peniteat votiq; peracti
Evertere domos totas optantibus ipsis
Dii faciles nocitura toga nocitura petuntur
Militia et torrens dicendi copia multis
Et sua mortifera ē facundia viribus ille
Confisus periit admirandisq; lacertis
Et plures nimia congesta pecunia cura
Strangulat et cuncta exuperans patrimonia census
Quanto delphinis balena britannica maior
Temporibus diris igitur iussuq; neronis
Longinum et magnos senece predivitis hortos
Clausit et egregias lateranorum obsidet edes
Tota cohors rarus venit in cenacula miles
Pauca licet portes argenti vascula puri
Nocte iter ingressus gladium contumq; timebis
Et mote ad lunam trepidabis arundinis umbram
Cantabit vacuus coram latrone viator
Prima fere vota et cunctis notissima templis

Diuitie crescant ut opes ut maxima toto
Nostra sit archa foro sed nulla aconita bibuntur
Fictilibus tunc illa tunc cum pocula sumas
Gemmata et lato setinum ardebit in auro
Iam ne igitur laudes quod de sapientibus alter
Ridebat quotiens a limine mouerat unum
Protuleratque pedem flebat contrarius alter
Sed facilis cuiuis rigidi censura cachinni
Mirandum est unde ille oculis suffecerit humor
Perpetuo risu pulmonem agitare solebat
Democritus quamquam non essent urbibus illis
Pretexta et trabee fasces lectica tribunal
Quod si uidisset pretorem in curribus altis
Extantem et medio sublimem puluere circi
In tunica iouis et picte sarrana ferentem
Ex humeris aulea toge magneque corone
Tantum orbem quantum ceruix non sufficit ulla
Quippe tenet sudans hanc publicus et sibi consul
Ne placeat curru seruus portatur eodem
Da nunc et uolucrem sceptroque surgit eburno
Illinc cornicines hinc precedentia longi
Agminis officia et niueos ad frena quirites
Defossa in loculis quos sportula fecit amicos
Tunc quoque materiam risus inuenit ad omnes
Occursus hominum cuius prudentia monstrat
Summos posse uiros et magna exempla daturos
Veruecum in patria crassoque sub aere nasci
Ridebat curas nec non et gaudia uulgi
Interdum et lacrimas cum fortune ipse minaci
Mandaret laqueum mediumque ostenderet unguem
Ergo superuacua que aut perniciosa petuntur
Propter que fas est genua incerare deorum
Quosdam precipitat subiecta potentia magne
Inuidie mergit longa aut insignis honorum
Pagina descendunt statue restemque sequuntur
Ipsas deinde rotas bigarum inpacta securis

Credite in meritis franguntur crura caballis
Iam strident ignes iam follibus atque caminis
Ardet adoratum populo caput et crepat ingens
Seianus deinde ex facie toto orbe secunda
Fiunt urceoli peluis sartago patelle
Pone domi lauros duc in capitolia magnum
Cretatumque bouem seianus ducitur unco
Spectandus gaudent omnes que labra quis illi
Vultus erat nunquam si mi credis amaui
Hunc hominem sed quo cecidit sub crimine quisnam
Delator quibus indiciis quo teste probauit
Nil horum uerbosa et grandis epistola uenit
A campis nil plus interrogo sed quid
Turba tremens sequitur fortuna ut semper et odit
Damnatos idem populus si nursia tusco
Fuisset si oppressa foret secura senectus
Principis hac ipsa seianum diceret hora
Augustum iam pridem ex quo suffragia nulli
Vendimus effugit curas nam qui dabat olim
Imperium fasces legiones omnia nunc se
Continet atque duas tantum res anxius optat
Panem et circenses perituros audio multos
Nil dubium magna est fornacula pallidus mi
Brutidius meus ad martis fuit obuius aram
Quam timeo uictus ne penas exigat aiax
Vt male defensus curramus precipites et
Dum iacet in ripa calcemus cesaris hostem
Si uideant serui ne quis neget et pauidum in ius
Ceruice adstricta dominum trahat hi sermones
Tunc de seiano secreta hec sunt murmura uulgi
Vis ne salutari sicut seianus habere
Tantundem atque illi sellas donare curules
Illum exercitibus preponere tutor haberi
Principis angusta caprearum in rupe sedentis
Cum grege caldeo uis certe pila cohortes
Egregios equites et castra domestica quidni

Hec cupias et qui nolunt occidere quemquam
Posse uolunt sed quem preclara et prospera tanti
Ut rebus letis par sit mensura malorum
Huius qui trahitur pretextam sumere mauis
An fidenarum gabiorumque esse potestas
Et de mensura ius dicere uasa minora
Frangere pannosus uacuisque edilibus ulubris
Ergo quid optandum foret ignorasse fateri
Seianum nam qui nimios optabit honores
Et nimias poscebat opes numerosa parabat
Excelse turris tabulata unde altior esset
Casus et impulse preceps immane ruine
Quid crassos quid pompeios euertit et illum
At sua qui domitos deduxit fraga quirites
Summus nempe locus nulla non arte petitus
Magnaque numinibus uota exaudita malignis
Ad generum cereris sine cede et uulnere pauci
Descendunt reges et sicca morte tiranni
Eloquium ac famam demostenis aut ciceronis
Incipit optare et totis quinquatribus optat
Quisquis adhuc uno partam colit asse mineruam
Quem sequitur custos angusta uernula capse
Eloquio sed uterque perit orator utrumque
Largus et exundans leto dedit ingenii fons
Ingenio manus est et ceruix cesa nec unquam
Sanguine causidici maduerunt rostra pusilli
O fortunatam natam me consule romam
Antonii gladios potuit contempnere si sic
Omnia dixisset ridenda poemata malo
Quam te conspicue diuina philippica fame
Uolueris a prima que proxima seuus et illum
Exitus eripuit quem mirabantur athene
Torrentem et pleni moderantem frena theatri
Diis ille aduersis genitus fatoque sinistro
Quem pater ardentis masse fuligine lippus
A carbone et forcipibus gladiosque parante

Incude et luteo uulcano ad rethora misit
Bellorum exuuie truncis affixa tropheis
Lorica et fracta de casside buccula pendens
Et curtum temone iugum uicteque triremis
Aplustre et summo tristis captiuus in arcu
Humanis maiora bonis creduntur ad hoc se
Romanus graiusque et barbarus induperator
Erexit causas discriminis atque laboris
Inde habuit et tanto maior fame sitis est quam
Uirtutis quis enim uirtutem amplectitur ipsam
Premia si tollas patriam tamen obruit olim
Gloria paucorum et laudis tituli que cupido
Hesuri saxis cinerum custodibus adque
Discutienda ualent sterilis mala robora ficus
Quandoquidem data sunt ipsis quoque fata sepulchris
Expende hanibalem quot libras in duce summo
Inuenies hic est quem non capit africa mauro
Percussa oceano niloque admota tepenti
Rursus ad ethiopum populos aliosque elephantos
Additur imperiis hispania pireneum
Transilit opposuit natura atempore niuem
Deduxit scopulos et montem rupit aceto
Iam tenet italiam tamen ultra pergere tendit
Actum inquit nihil est nisi peno milite portas
Frangimus et media uexillum pono subura
O qualis facies et quali digna tabella
Cum getula ducem portaret belua luscum
Exitus ergo quis est o gloria uincitur idem
Nempe in exilium preceps fugit atque ibi magnus
Mirandusque cliens sedet ad pretoria regis
Donec bithinio libeat uigilare tyranno
Finem anime que res humanas miscuit olim
Non gladii non saxa dabant non tela sed ille
Cannarum uindex et tanti sanguinis ultor
Anulus i demens et seuas curre per alpes
Ut pueris placeas et declamatio fias

Unus pelleo iuueni non sufficit orbis
Aestuat infelix angusto limite mundi
Ut gyare clausus scopulis paruaque seripho
Cum tamen a figulis munitam intrauerat urbem
Sarcophago contentus erit mors sola fatetur
Quantula sunt hominum corpuscula creditur olim
Velificatus athos et quicquid grecia mendax
Audet in historia constratum classibus isdem
Suppositumque rotis solidum mare credimus altos
Defecisse amnes epotaque flumina medo
Prandente et madidis cantatque sostratus alis
Ille tamen qualis redit salamine relicta
In chorum atque eurum solitus seuire flagellis
Barbarus eolio numquam hoc in carcere passos
uinxerat Ipsum compedibus qui uinxerat enosigeum
Mitius id sane quod non et stigmate dignum
Crederet huic quisquam uellet seruire deorum
Sed qualis redijt nempe una naue cruentis
Fluctibus ac tarda per densa cadauera prora
Has totiens optata exegit gloria penas
Da spatium uite multos da iupiter annos
Hoc recto uultu solum hoc et pallidus optas
Sed quam continuis et quantis longa senectus
Plena malis deformem et tetrum ante omnia uultum
Dissimilemque sui deformem pro cute pellem
Pendentesque genas et tales aspice rugas
Quales umbriferos ubi pandit cabraca saltus
In uetula scalpit iam mater simia bucca
Plurima sunt iuuenum discrimina pulchrior ille
Hoc atque ille alio multum hic robustior illo
Una senum facies cum uoce trementia membra
Et iam leue caput madidique infantia nasi
misso Frangendus misero gingiua panis inermi
Usque adeo grauis uxori natisque sibique
Ut captatori moueat fastidia cosso
Non eadem uini atque cibi torpente palato

Gaudia nam coitus iam longa obliuio uel si
Coneris iacet exiguus cum ramice neruus
Et quamuis tota palpetur nocte iacebit
An aliquid sperare potest hec inguinis egri
Canities quid quod merito suspecta libido est
Que uenerem affectat sine uiribus aspice partis
Nunc damnum alterius nunc quam cantante uoluptas
Sit licet eximius citharedus sit ue seleucus
Et quibus aurata mos est fulgere lacerna
Quid refert magni sedeat qua parte theatri
Qui uix cornicines exaudiat atque tubarum
Concentus clamore opus est ut sentiat auris
Quem dicat uenisse puer quot nuntiet horas
Preterea minimus gelido iam corpore sanguis
Febre calet sola circumsilit agmine facto
Morborum omne genus quorum tu si nomina queras
Promptius expediam quod amauerit hispia mechos
Quot themison egros autumno occiderit uno
Quot basilus socios quot circumscripserit hyr
Pupillos quot longa uiros exorbeat una
Maura die quot discipulos inclinet amilus
Percurram citius quot uillas possideat nunc
Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat
Ille humero hic lumbis hic coxa debilis
Perdidit ille oculos et luscis inuidet huius
Pallida labra cibum accipiunt digitis alienis
Ipse ad conspectum deducere uitam
Suetus hiat tantum cum pullus hirundinis ad quem
Ore uolat pleno mater ieiuna sed omni
Membrorum damno maior dementia que nec
Nomina seruorum nec uultum agnoscit amici
Cum quo preterita cenauit nocte nec illos
Quos genuit quos eduxit nam codice seuo
Heredes uetat esse suos bona tota feruntur
Ad phialen tantum artificis ualet alitus oris
Que steterat multis in carcere fornicis annis

Vt uigeant sensus anima ducenda tamen sunt
Funera natorum rogus aspiciendus amate
Coniugis et fratris plene q; sororibus urne
Hec clara pena diu uiuentibus ut renouata
Semper clade domus multis in luctibus inq;
Perpetuo merore et nigra ueste senescant
Rex pilius magno si quicq; credis homero
Exemplum uite fuit a cornice secunde
Felix nimirum qui per tot secula mortem
Distulit atq; suos iam dextra computat annos
Quiq; nouum totiens mustum bibit oro parumper
Attendas quantum de legibus ipse queratur
Fatorum et nimio de stamine cum uidet acris
archilochi Archilochi barbam ardentem nam querit ab omni
Quisquis adest socio cur hec in tempora duret
Quod facinus dignum tam longo admiserit euo
Hec eadem peleus raptum cum luget acchillem
Atq; alius cui fas itacum lugere natantem
Incolumi troia priamus uenisset ad umbras
Assaraci magnus solemnibus hectore funus
Portante et reliquis fratrum ceruicibus inter
Iliadum lachrimas ut primos edere planctus
Cassandra inciperet scissaq; polixena palla
Si foret extinctus diuerso tempore quo iam
Ceperat audaces paris edificare carinas
Longa dies igitur quid contulit omnia uidit
Euersa et flammis asiam ferroq; cadentem
Tunc miles tremulus posita tulit arma thyara
Et ruit ante aram summi iouis et uetulus bos
Qui domini cultris tenue et miserabile collum
Prebet ab ingrato iam fastiditus aratro
Exitus ille utcumq; hominis sed torua canino
Latrauit rictu que post hunc uixerat uxor
Festino ad nostros et regem transeo ponti
Et cresum iusti quem uox facunda solonis
Respicere ad longe iussit spatia ultima uite

Exilium et carcer minturnarumq; paludes
Et mendicatus uicta cartagine panis
Hinc causas habuere quid illo ciue tulisset
Natura in terris quid roma beatius umquam
Si circumducto captiuorum agmine et omni
Bellorum pompa atq; animam exalasset opimam
Cum de theutonico uellet descendere curru
Prouida pompeio dederat campania febres
Optandas sed multe urbes et publica uota
Vicerunt igitur fortuna ipsius et urbis
Seruatum uicto caput abstulit hoc cruciatu
Lentulus hac pena caruit ceciditq; cethegus
Integer et iacuit kathilina cadauere toto
Formam optat modico pueris maiore puellis
Murmure cum ueneris fanum uidet anxia mater
Vsq; ad delicias uotorum cur tamen inquit
Corripias pulchra gaudet latona diana
Sed uetat optari faciem lucretia qualem
Ipsa habuit cuperet rutile uirginia gilbum
Accipere atq; suam rutile dare filius aurem
Corporis egregij miseros trepidosq; parentes
Semper habet rara est adeo concordia forme
Atq; pudicitie sancto licet horrida mores
Tradiderit domus et ueteres imitata sabinas
Preterea castum ingenium uultumq; modestum
Sanguine feruentem tribuat natura benigna
Larga manu quid enim puero conferre potest plus
Custode et cura natura potentior omni
Non licet esse uiros nam prodiga corruptoris
Improbitas ipsos audet temptare parentes
Tanta in muneribus fiducia nullus ephebum
Deformem seua castrauit in arce tyrannus
Nec pretextatum rapuit nero bripedem uel
Strumosum atq; utero pariter gibboq; tumentem
Hunc ergo iuuenis specie letare tue quem
Maiora expectant discriminat fiet adulter

Publicas exponas metuet quas cuique mariti
Exigere irati debet nec erit felicior astro
Martis ut in laqueos numquam incidat exigit autem
Interdum ille dolor plus quam lex ulla dolori
Concessit ferro necat hic secat ille cruentis
Verberibus quosdam moechos et mugilis intrat
Sed tuus endimion dilecte fiet adulter
Matronae mox cum dederit Iulia nummos
Fiet et illius quam non amat exuet omnem
Corporis ornatum quid enim ulla negaverit udis
Inguinibus sive haec est hippia sive catulla
Deterior totos habet illic femina mores
Sed casto quid forma nocet quid profuit immo
Hyppolito grave propositum quid Bellorofonti
Erubuit nempe haec ceu fastidita repulsa
Nec stenoboea minus quam cressa excanduit et se
Concussere ambae mulier saevissima tunc est
Cum stimulos odio pudor admovet elige quid non
Suadendum esse putes cui nubere caesaris uxor
Destinat optimus hic et formosissimus idem
Gentis patriciae dabitur miser extinguendus
Messalinae oculis dudum sedet illa parato
Flammeolo tyriusque pallam genialis in hortis
Sternitur et ritu decies centena dabuntur
Antiquo veniet cum signatoribus aruspex
Haec tu secreta et paucis commissa putabas
Non nisi legitime vult nubere quid placeat dic
Ni parere velis pereundum est ante lucernas
Si scelus admittas dabitur mora parvula dum res
Nota urbi et populo contingat principis aurem
Dedecus ille domus sciet ultimus interea tu
Obsequere imperio si tanti vita dierum
Paucorum quicquid melius leviusque putaris
Praebenda est gladio pulchra haec et candida cervix
Nil ergo optabunt homines si consilium vis

vis

Permitte hic expendere numinibus quid — permittes ipsis
Conveniat nobis rebusque sit utile nostris
Nam pro iocundis aptissima quaeque dabunt
Carior est illis homo quam sibi nos animorum
Impulsu et caeca magnaque cupidine ducti
Coniugium petimus partumque uxoris at illis
Notum qui pueri qualisque futura sit uxor
Ut tamen et poscas aliquid voveasque sacellis
Exta et candiduli divina tomacula porci
Orandum est ut sit mens sana in corpore sano
Fortem posce animum mortis terrore carentem
Qui spatium vitae extremum inter munera ponat
Naturae qui ferre queat quoscumque labores
Nesciat irasci cupiat nihil et potiores
Herculis aerumnas credat saevosque labores
Et venere et cenis et pluma sardanapalli
Monstro quid ipse tibi possis dare semita certe
Tranquillae per virtutem patet unica vitae
Nullum numen abest si sit prudentia sed te
Nos facimus fortuna deam caeloque locamus

DE PARATIONE VICTVS PER
COmperationem

a

Tticus eximie si cenat
lautus habetur
Si rutilus clemens quid
enim maiore
Excipitur vulgi quam pauper
apitius omnis
Convictus thermae stationes omne theatrum
De rutilo nam dum valida ac iuvenilia membra
Sufficiunt galeae dumque ardenti sanguine fertur
Non cogente quidem sed nec cohibente tribuno
Scripturus leges et regia verba lanistae
Multos porro vides quos saepe elusus ad ipsum
Creditor introitum solet expectare macelli
Et quibus in solo vivendi causa palato est

Egregius cenat meliusque miserrimus horum
Et cito casurum iam perlucente ruina
Interea gustus elementa per omnia querunt
Numquam animo pretiis obstantibus interius si
Attendas magis illa iuvant que pluris emuntur
Ergo haud difficile est perituram arcessere summam
Lancibus oppositis vel matris imagine fracta
Et quadringentis nummis condire gulosum
Fictile sic veniunt ad miscellania ludi
Refert ergo quis hec eadem paret in rutilo nam
Luxuria est in ventidio laudabile nomen
Sumit et a censu famam trahit illum ego iure
Despiciam qui scit quanto sublimior athlas
Omnibus in libia sit montibus hic tamen idem
Ignoret quantum ferrata distat ab archa
Sacculus e celo descendit
Figendum et memori tractandum pectore sive
Coniugium queras vel sacri in parte senatus
Esse velis nec enim loricam poscit achilles
Thersites in qua se traducebat ulixes
Ancipitem seu tu magno discrimine causam
Protegere affectas te consule dic tibi qui sis
Orator vehemens an curtius an matho bucce
Noscenda est mensura sui spectandaque rebus
In summis minimisque etiam cum piscis emetur
Ne mullum cupias cum sit tibi gobio tantum
In loculis quis enim te deficiente crumena
Et crescente gula manet exitus ere paterno
Ac rebus mersis in ventrem fenoris atque
Argenti gravis et pecorum agrorumque capacem
Talibus a dominis post cuncta novissimus exit
Anulus et digito mendicat pollio nudo
Non prematuri cineres non funus acerbum
Luxurie sed morte magis metuenda senectus
Hi plerumque gradus conducta pecunia rome
Et coram dominis consumitur inde ubi paulum

Nescio quid

Nescio quid superest et pallet fenoris auctor
Qui vertere solum baias et ad hostia currunt
Cedere namque foro iam non est deterius quam
Esquilias a ferventi migrare subura
Ille dolor solus patriam fugientibus illa
Mestitia est caruisse anno circensibus uno
Sanguinis in facie non heret gutta morantur
Pauci ridiculum fugientem ex urbe pudorem
Experiere hodie numquid pulcherrima dictu
Persice non prestem vita vel moribus et re
Sed laudem siliquas occultus ganeo pultes
Coram aliis dictem puero sed in aure placentas
Nam cum sis conviva mihi promissus habebis
Euandrum venies tirinthius aut minor illo
Hospes et ipse tamen contingens sanguine celum
Alter aquis alter flammis ad sidera missus
Fercula nunc audi nullis ornata macellis
De tiburtino veniet pinguissimus agro
Hedulus et toto grege mollior inscius herbe
Nec dum ausus virgas virides mordere salicti
Qui plus lactis habet quam sanguinis et montani
Asparagi posito quos legit villica fuso
Grandia preterea tortoque calentia feno
Ova adsunt ipsis cum matribus et servate
Parte anni quales fuerant in vitibus uve
Signinum siriumque pirum de corbibus hisdem
Emula picenis et odoris mala recentis
Nec metuenda tibi siccatum frigore postquam
Autumnum et crudi posuere pericula succi
Hec olim nostri iam luxuriosa senectus
Cena fuit curius parvoque legerat horto
Ipse focis brevibus ponebat holuscula que nunc
Squalidus in magna fastidit compede fossor
Qui meminit calide sapiat quid vulva popine
Sicci terga suis rara pendentia crate
Moris erat quondam festis servare diebus

Et natalitium cognatis ponere Lardum
Accedente noua siqua dabat hostia carnem
Cognatorum aliquis titulo ter consulis atque
Castrorum imperiis et dictatoris honore
Functus ad has epulas solito maturius ibat
Erectus domito referens a monte ligonem
Cum tremerent aut fabios durumque catonem
Et scauros et fabricios rigidique seueros
Censoris mores etiam collega timeret
Nemo inter curas et seria duxit habendum
Qualis in oceani fluctu testudo nataret
Clarum troiugenis factura et nobile fulcrum
Sed nudo latere et paruis frons erea lectis
Vile coronati caput ostendebat aselli
Ad quod lasciui ludebant ruris alumni
Tales ergo cibi qualis domus atque supellex
Tunc rudis et graias mirari nescius artes
Vrbibus euersis predarum in parte reperta
Magnorum artificum frangebat pocula miles
Vt phaleris gauderet equus celataque cassis
Romulee simulacra fere mansuescere iussit
Imperii fato geminos sub rupe quirinos
Ac nudam effigiem clippo fulgentis et hasta
Pendentisque dei perituro ostenderet hosti
Argenti quod erat solis fulgebat in armis
Ponebant igitur tusco farrata catino
Omnia tunc quibus inuideas si liuidulus sis
Templorumque maiestas presentior et uox
Nocte fere media mediaque audita per urbem
Littore ab occeano gallis uenientibus et diis
Officium uatis peragentibus his monuit nos
Hanc rebus latiis curam prestare solebat
Fictilis et nullo uiolatus iuppiter auro
Illa domi natas nostraque ex arbore mensas
Tempora uiderunt hos lignum stabat in usus
Annosam si forte nucem deiecerat eurus

At nunc diuitibus cenandi nulla uoluptas
Nil rombus nil dama sapit putere uidentur
Vnguenta atque rosę latos nisi sustinet orbes
Grande ebur et magno sublimis pardus hiatu
Dentibus ex illis quos mittit porta sienes
Et mauri celeres et mauro obscurior indus
Et quos deposuit nabatheo bellua saltu
Iam nimios capitique graues hic surgit orexis
Hinc stomaco uires nam pes argenteus illis
Anulus in digito quod ferreus ergo superbum
Conuiuam causo quod mihi sibi comparat eres
Despicit exiguas adeo nulla uncia nobis
Est eboris nec thesselle nec calculus ex hac
Materia quin ipsa manubria cultellorum
Ossea non tantum his unquam ulla obsonia fiunt
Rancidula aut ideo peior peior gallina secatur
Sed nec structor erit cui cedere debeat omnis
Pergula discipulus triphei doctoris apud quem
Sumine cum magno lepus atque aper et pigardus
Et fatice uolucres et fenix optimus ingens
Et getulus orix hebeti lautissima ferro
Ceditur et tota sonat ulmea cena subura
Nec frustum capree subducere nec latus affre
Nouit auis noster tyrunculus ac rudis omni
Tempore et exigue frustis imbutus ofelle
Plebeios calices et paucis assibus emptos
Porriget incultus puer atque a frigore tutus
Non phrix aut licius non amagone petitus
Quisquis erit et magno cum poscis posce latine
Idem habitus cunctis tonsi rectique capilli
Atque hodie tantum propter conuiuia pexi
Pastoris duri est hic filius ille bubulci
Suspirat longo non uisam tempore matrem
Et casulam et notos tristis desiderat edos
Ingenui uultus puer ingenuique pudoris
Quales esse decet quos ardens purpura uestit

Nec pupillares defert ĩ balnea raucus
Teſticuloſ nec uellendaſ iam prebuit alas
Craſſa nec oppoſito pauiduſ tegit inguina
Hic tibi uina dabit diffuſa ĩ montibuſ illiſ
A quibꝫ ipſe uenit quoꝝ ſub uertice luſit.
Namq; una atq; eadem ē uini patria atq; miniſt
Forſitan expecteſ ut ĩ gaditana canoro
Incipiat prurire choro plauſuq; probare
Ad terram tremulo deſcendāt clune puelle
Irritamentum ueneris languentis et acres
Diuitiſ urtice maiō tn̄ iſta uoluptas
Alteriuſ ſexuſ magiſ ille extenditꝰ et mox
Auribꝫ atq; oculis concepta urina mouetꝰ
Non capit haſ nugaſ humiliſ domꝰ audiat ille
Teſtaꝝ crepitus cū uerbiſ nudū olido ſtāſ
Fornice mancipiū quibꝫ abſtinet ille fruatꝰ
Vocibuſ obſcenis omniſq; libidinis arte
Qui lacedemonio pytyſmate lubricat orbem
Namq; ibi fortune ueniam damuſ alea turpis
Turpe et adulterium mediocribꝫ hec eadē illi
Omīa cum faciāt hilareſ nitidiq; uocantꝰ
Noſtra dabunt alioſ hodie conuiua ludos
Conditor iliados cantabitꝰ atq; maronis
Altiſoni dubiam facientia carmina palmaꝫ
Quid refert uerſus tales qua uoce legantur
Sed nunc dilatis auerte negotia curis
Et gratam requiem dona tibi qn̄ licebit
Per totum ceſſare diem nō fenoris ulla
Mentio nec nec prima ſi luce egreſſa reuerti
Nocte ſolet tacita bilem tibi ɔtrahat uxor.
Humida ſuſpectis referens multitia rugis
Vexataſq; comaſ et uultum aurēq; calentē
Protinuſ ante meum quidquid dolebit exue limen
Pone domū et ſeruoſ et quicqd frangitꝰ illis
Aut perijt ingratos ante omīa pone ſodales
Interea megaleſiacę ſpectacula mappę

Ideum ſolemne colunt ſimiliſq; triumpho
Preda caballoꝝ pretō ſedet ac michi pace
Inmenſe nimieq; liceat ſi dicere plebis
Totam hodie romā circuſ capit et fragō aurē
Percutit euentum uiridiſ quo colligo panni
Nam ſi deficeret meſtam attonitamq; uideres
Hanc urbem ueluti cannaꝝ ĩ puluere uictis
Conſulibꝫ ſpectant iuueneſ quoſ clamō et audax
Sponſio quoſ culte decet aſſediſſe puelle.
Noſtra bibat uernum contracta cuticula ſolem
Effugiat atq; togam iam tūc ĩ balnea ſalua
Fronte liceat uadaſ qq̄ ſolida hora ſupſit
Ad ſextam facere hoc nō poſſiſ quinq; diebꝫ
Continuuſ quia ſunt taliſ quoq; tedia uite
Magna uoluptates commendat rarior uſus

DE REDITV CATVLLI

Atali coruine die michi
carior hec L ux
Qua feſtuſ promiſſa
diiſ animalia ceſpes
Expectat niueam
regine ducimus agnam
Par uellus dabitꝰ pugnanti gorgone maura
Sed procul extenſum petulāſ quatit hoſtia funē
Tarpeio ſeruata ioui frontemq; coruſcat.
Quippe ferox uitulus templis maturus et are
Spargenduſq; mero quem iā pudet ubera matris
Ducere qui uexat naſcenti robora cornu
Si reſ ampla domi ſimiliſq; affectibuſ eſſet.
Pinguior hiſpulla traheretꝰ thaurus et ipſa
Mole piger nec finitima nutritus ĩ herba
Leta ſed oſtendenſ clitumni paſcua ſanguis
Iret et agrandi ceruix ferienda miniſtro
Ob reditum trepidantis adhuc orrendaq; paſſi

Nunc et incolumem sese mirantis amici
Nam preter pelagi casus et fulguris ictum
Evasi dense celum ascondere tenebre
Nube una subitusque antemnas impulit ignes
Cum se quisque illo percussum crederet et mox
Attonitus nullum conferri posse putaret
Naufragium velis ardentibus omnia fiunt
Talia tam graviter si quando poetica surgit
Tempestas genus ecce aliud discriminis audi
Et miserere iterum quamquam sint cetera sortis
Eiusdem pars dira quidem sed cognita multis
Et quam votiva testantur fana tabella
Plurima pictores quis nescit ab iside pasci
Accidit et nostro similis fortuna catullo
Cum plenus fluctu medius foret alveus et iam
Alternum puppis latus evertentibus undis
Arboris incerte nullam prudentia cani
Rectoris cum ferret opem decidere iactu
Cepit cum ventis imitatus castora qui se
Eunuchum ipse facit cupiens evadere damno
Testiculi adeo medicatum intelligit inguen
Fundite que mea sunt dicebat cuncta catullus
Precipitare volens et pulcherrima vestem
Purpuream teneris quoque mecenatibus aptam
Atque alias quarum generosi graminis ipsum
Infecit natura pecus sed et egregius fons
Viribus occultis et beticus adiuvat aer
Ille nec argentum dubitabat mittere lances
Parthenio factas urne cratera capacem
Et dignum sitiente pholo vel coniuge fusci
Adde et bascaudas et mille escaria multum
Celati biberat quo callidus emptor olinthi
Sed quis nunc alius qua mundi parte quis audet
Argento preferre caput rebusque salutem
Non propter vitam faciunt patrimonia quidam
Sed vitio ceci propter patrimonia vivunt

Iactatur rerum utilium pars maxima sed nec
Damna levant tunc adversis urgentibus illuc
Decidit ut malum ferro summitteret ac se
Explicat angustum discriminis ultima quando
Presidia afferimus navem factura minorem
I nunc et ventis animam committe dolato
Confisus ligno digitis a morte remotus
Quatuor aut septem si sit latissima teda
Mox cum reticulis et pane et ventre lagene
Aspice sumendas in tempestate secures
Sed postquam iacuit planum mare tempora postquam
Prospera vectoris fatumque valentius euro
Et pelago postquam parce meliora benigna
Pensa manu ducunt hilares et staminis albi
Lanifice modica nec multum fortior aura
Ventus adest inopi miserabilis arte cucurrit
Vestibus extensis et quod superaverat unum
Velo prora suo iam deficientibus austris
Spes vite cum sole redit tum gratus iulo
Atque novercali sedes prelata Lavino
Conspicitur sublimis apex cui candida nomen
Scropha dedit letis phrygibus mirabile
Et numquam visis triginta clara mamillis
Tandem intrat positas inclusa per equora moles
Tirrhenamque pharon porrectaque brachia rursus
Que pelago et occurrunt medio longeque relinquunt
Italiam non sic igitur mirabile portus
Quos natura dedit sed trunca puppe magister
Interiora petit baiane pervia cimbe
Tunc stagnante sinu gaudent ubi vertice raso
Garrula securi narrare pericula naute
Ite igitur pueri linguis animisque faventes
Sertaque delubris et farra imponite cultris
Ac molles ornate focos glebamque virentem
Iam sequar et sacro quod prestat rite parato
Inde domum repetam graciles ubi parva coronas

Accipiunt fragili simulacra nitentia cera
Hic n'rum placabo iovem laribusq; paternis
Thura dabo atq; omnes viole iactabo colores
Cuncta nitent longos erexit ianua ramos
Et matutinis operatur festa lucernis
Nec suspecta tibi sint hec corvine catullus
Pro cuius reditu tot pone altaria parvos
Tres habet heredes libet expectare q's egrā
Et claudentem oculos gallinā impendat amico
Tam sterili verum hec nimia impensa coturnix
Nulla unq' pro patre cadet sentire calores
Si coepit locuplex gallita et bactius orbi
Legitime fixis vestitus tota libellis
Porticus existunt qui promictant hecatumben — hecatumben est sacrificium quod fiebat ex centum ovibus vel suibus
Quatenus hic nō sunt nec venales helephanti
Nec latio ut usq' sub n'ro sidere talis
Belua concipitur sed furva gente petita
Arboribus rutulis et turni pascitur agro
Cesaris armentū nulli servire paratum
Privato siquidem tyrio parere solebant
Hanibali et n'ris ducibus regiq; molosso
Horum maiores et dorso ferre cohortes
Partem aliquam belli et euntem i prelia turrī
Nulla igit' mora p novium mora nulla p histrū
Pacuvium quin illud ebur ducat' ad aras
aras // Et cadat ante lares gallitte victima sacra
Tantis digna deis et captatoribus horum
Alter enim si concedas mactare vovebit
De grege servorum magna et pulcherrima queq;
Corpora vel pueris et frontibus ancillarum
Imponat victas et si qua est nubilis illi
Phigenia domi dabit hāc altaribus et si
Non sperat et tragice furtiva piacula cervi
Laudo meum civem nec compo testamento
Mille rates nam si libitinam evaserit eger
Delebit tabulas inclusus carcere nasse

Post meritum sane mirandū atq; omnia soli
Forsitan pacuvio breviter dabit ille superbus
Incedet victis rivalibus ergo vides q'
Grande opere pretium faciat iugulata micenis
Vivat pacuvius queso vel nestoria totum
Possideat q'tum rapuit nero mōtibus aurū
Exequet nec amet quemq' nec ametur ab ullo

IVNII IVVENALIS SATIRAR LIBER QVARTVS EXPLICIT INCIPIT QVINTVS AT[illegible] CALVINVM [illegible] ABNEGAVERAT DEPOSITVM

Xemp[lo]
quodcumq; malo
committitur ipsi
Displicet auctori
prima est hec
ultio q' se
iudice nemo
nocens absolvitur
improba q'uis
Gratia fallacis
pretoris vicerit urnā
Quid sentire putas omnes calvine recenti
De scelere et fidei violate c'rimine sed nec
Tam tenuis sensus tibi contigit ut mediocris
Iacture et mergat onus nec rara videmus
Que pateris casus hic multis cognitus ac iā
Tritus et emedio fortune ductus acervo
Ponamus nimios gemitus flagrantiō equo
Nō debet dolor esse viri nec vulnere maior
Tu q'uis levium minimam exiguāq; malorum
Particulam vix ferre potes spumantibus ardens
Visceribus sacrum tibi quod nō cedat amicus

Depositum stupet hoc qui iam post terga reliquit
Sexaginta annos fonteio consule natus
At nihil immelius tot rerum proficit usus
Magna quidem sacris que dat precepta libellis
Victrix fortune sapientia dicimus autem
Hos quoque felices qui ferre incomoda vite
Nec iactare iugum vita didicere magistra
Que tam festa dies ut cesset prodere furem
Perfidiam fraudes atque omni ex crimine lucrum
Quesitum et partos gladio uel pixide numos
Rari quippe boni numero vix totidem quot
Thebarum porte uel diuitis hostia nili
Nona etas agitur peioraque secula ferri
Temporibus quorum sceleri non inuenit ipsa
Nomen et a nullo posuit natura metallo
Hos hominum diuumque fidem clamore ciemus
Quanto fesidium laudat uocalis agentem
Sportula dic senior bulla dignissime nescis
Quas habeat ueneres aliena pecunia nescis
Quem tua simplicitas risum vulgo moueat cum
Exigis a quoquam ne peieret et putes illis
Esse aliquod numen templis areque rubenti
Quondam hoc indigene uiuebant more priusquam
Sumeret agrestem posito diademate falcem
Saturnus fugiens tunc cum uirguncula iuno
Et priuatus adhuc ideis iupiter antris
Nulla super nubes conuiuia celicolarum
Nec puer iliacus formosa nec herculis uxor
Ad cyatos et iam siccato nectare tergens
Brachia uulcanus lypparea nigra taberna
Prandebat sibi quisque deus nec turba deorum
Talis ut est hodie contentaque sidera paucis
Numinibus miserum urgebant athlanta minori
Pondere nondum aliquis sortitus triste profundi
Imperium aut sicula toruus cum coniuge pluton
Nec rota nec furie nec saxum aut ultimus atri

Pena sed infernis hilares sine regibus umbre
Improbitas illo fuit admirabilis euo
Credebant hoc grande nephas et morte piandum
Si iuuenis uetulo non adsurrexerat et si
Barbato cuicumque puer licet ipse uideret
Plura domi farra et maiores glandis aceruos
Primaque par adeo sacre lanugo senecte
Tam uenerabile erat precedere quatuor annis
Tunc si depositum non infitiatur amicus
Si reddat ueterem cum tota erugine follem
Prodigiosa fides et tuscis digna libellis
Queque coronata lustrari debeat agna
Egregium sanctumque uirum si cerno bimembri
Hoc monstrum puero et miranti sub aratro
Piscibus inuentis et fete comparo mule
Sollicitus tamquam lapides effuderit imber
Examenque apium longa consederit uua
Culmine delubri tamquam in mare fluxerit amnes
Gurgitibus miris et lactis uertice torrens
Interceptam decem quereris sestertia fraude
Sacrilega quid si bis centum perdidit alter
Hoc archana modo maiorem tertius ille
Summam quam patule uix ceperat angulus arche
Tam facile et pronum est superos contemnere testes
Si mortalis idem nemo sciat aspice quanta
Voce neget que sit ficti constantia uultus
Per solis radios tarpeiaque fulmina iurat
Et martis frameam et cirrei spicula uatis
Per calamos uenatricis pharetramque puelle
Perque tuum pater egei neptune tridentem
Addit et herculeos arcus hastamque minerue
Quicquid habent telorum armamentaria celi
Si uero pater et est comedam inquit flebile nati
Sinciput elixi phariaque madentis aceto
Sunt qui in fortune iam casibus omnia ponunt
Et nullo credunt mundum rectore moueri

Natura voluente vices et lucis et anni
Atque ideo intrepidi quecumque altaria tangunt
Est alius metuens ne crimen poena sequatur
Hic putat esse deos et peierat atque ita secum
Decernat quodcumque volet de corpore nostro
Isis et irato feriat mea lumina sistro
Dummodo vel cecus teneam quos abnego nummos
Et thisis et vomice putres et dimidium crus
Sunt tanti ut pauper locupletem optare podagram
Nec dubitet laudas si non eget anthicira nec
Archigene quid enim velocis gloria plante
Prestat et esuriens pisee ramus olive
Ut sit magna tamen certe lenta ira deorum est
Si curant igitur cunctos punire nocentes
Quando ad me venient sed exorabile numen
Fortasse experiar solet his ignoscere multi
Committunt eadem diverso crimina fato
Ille crucem pretium sceleris tulit hic diadema
Sic animum dire trepidum formidine culpe
Confirmant tunc te sacra ad delubra vocantem
Precedit trahere ymmo ultro vexare paratus
Nam cum magna male superest audacia cause
Creditur a multis fiducia mimum agit ille
Urbani qualem fugitivus scurra catulli
Tu miser exclamas ut stentora vincere posses
Vel potius quantum gradivus homericus audis
Iuppiter hec nec labra moves cum mittere vocem
Debueras vel marmoreus vel eneus aut cur
In carbone tuo carta pia thura soluto
Ponimus et sectum vituli iecur albaque porci
Omenta ut video nullum discrimen habendum est
Effigies inter vestras statuamque bacilli
Accipe que contra valeat solatia ferre
Et qui nec cinicos nec stoyca dogmata legit
A cinicis tunica distantia non epicurum
Suscipit exigui letum plantaribus horti
Curentur dubii medicis maioribus egri
Tu venam vel discipulo committe philippi
Si nullum in terris tam detestabile factum
Ostendis taceo nec pugnis cedere pectus
Te vero nec plana faciem contundere palma
Quando quidem accepto claudenda est ianua damno
Et maiore domus gemitu maiore tumultu
Planguntur nummi quam funera nemo dolores
Fingit in hoc casu vestem deducere summam
Contentus et vexare oculos humore coacto
Ploratur lacrimis amissa pecunia veris
Sed si cuncta vides simili fora plena querela
Si decies lectis diversa in parte tabellis
Vana supervacui dicunt cyrographa ligni
Arguit ipsorum quos littera gemmaque princeps
Sardonicus loculis que custoditur eburnis
Te nunc delicias extra communia censes
Ponendum quia tu galline filius albe
Nos viles pulli nati infelicibus ovis
Rem pateris modicam et mediocri bile ferendam
Si flectas oculos maiora ad crimina confer
Conductum latronem incendia sulphure cepta
Atque dolo primos cum ianua colligit ignes
Confert et hos veteris qui tollunt grandia templi
Pocula adorande rubiginis et populorum
Dona vel antiquo positas a rege coronas
Hec ubi si non sunt minor extat sacrilegus qui
Radat inaurati femur herculis et faciem ipsam
Neptuni qui brattheolam de castore ducat
An dubitet solitus totum conflare tonantem
Conferet artifices mercatoremque veneni
Et deducendum corio bovis in mare cum quo
Clauditur adversis innoxia simia fatis
Hec quota pars scelerum que custos gallicus urbis
Usque a lucifero donec lux occidat audit
Humani generis mores tibi nosse volenti

Sufficit una domuſ paucoſ conſumere dies
Dicere te miſerum poſtq̃ illinc ueneriſ aude
Quiſ tumidum guttur miratꝰ ĩ alpibuſ aut qſ
Immeroe craſſo maiorem infante mamillã
Cerula quiſ ſtupuit germani lumina flauã
Ceſariẽ et madido torquentem cornua cirro
Nempe qd hec illiſ natura eſt omnibꝫ una
Ad ſubitaſ t̃racum uolucreſ nubemq; ſonorã
Pigmeuſ paruiſ currit bellatõ in armis
Mox impar hoſti raptuſq; p aera curuis
Vngulibuſ a ſeua fertur grue ſi uideaſ hoc
Gentibꝫ in noſtris riſu quatiere ſed illic
Q̃q̃ eadem aſſidue ſpectantꝫ prelia ridet
Nemo tibi tota cohors pede nõ ẽ altior uno
Nulla ne periuri capitiſ fraudiſq; nefande
Pena erit abreptum crede huc grauiore catena
Protinuſ et nr̃o quid pluſ uelit ira necari
Arbitrio manet illa iactura nec unq̃
Depoſitum tibi ſoſpes erit ſed corpore trunco
Inuidioſa dabit minimuſ ſolatia ſanguis
At uindicta bonum uita iocundiuſ ipſa
Nempe hoc indocti quoꝝ precordia nulluſ
Interdum aut leuibꝫ uideaſ flagrãtia ca
Quantulacumq; adeo ẽ occaſio ſufficit ire
Cryſippuſ non dicet idem ſed mite taletis
Ingeniũ dulciq; ſenex uicinuſ ymetto
Qui partem accepte ſeue inter uincla cicute
Accuſatori nollet dare plurima felix
Paulatim uitia atq; erroreſ exuit omnes
Prima docenſ rectum ſapientia q̃ppe minuti
Semp et infirmi ẽ animi exiguiq; uoluptas
Vltio continuo ſic collige qd uindicta
Nemo magiſ gaudet q̃ femina cur tñ hoſ tu
Euaſiſſe putaſ quoſ diri conſcia facti
Menſ habet attonitos et ſurdo uerbere cedit
Occultum quatiente animo tortore flagellũ

Pena aut uehemenſ ac multo ſeuior illis
Quaſ et ceciduſ grauiſ inuenit et radamantus
Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem
Spartano cuidam reſpondit phitia uates
Haud impunitum quondam fore qd dubitaret
Depoſitum retinere et fraudem iure tueri
Iurando querebat enim que numiniſ eſſet
Menſ et an hoc illi facinuſ ſuaderet apollo
Reddidit ergo metu non moribꝫ et tñ omnem
Vocem aditi dignã templo ueramq; p̃bauit
Extinctuſ pariter tota cum prole domoq;
Et q̃uiſ longa deductuſ gente ꝑpinquis
Has patitur penaſ peccandi ſola uoluptas
Nam ſceluſ intra ſe tacitum q̃ cogitat ullũ
Facti crimen habet cedo ſi conata peregit
Perpetua anxietaſ nec menſe tpr̃ ceſſat
Faucibuſ et morbo ſicciſ interq; molares
Difficili creſcente cibo ſed uina miſelluſ
Expuit albani ueteriſ pretioſa ſenectus
Diſplicet oſtendaſ meliuſ denſiſſima ruga
Cogitꝫ in frontem ueluti acri ducta phalerno
Nocte breuem ſi forte incluſit cura ſoporem
Et toto uerſata thoro iam membra q̃ieſcunt
Continuo templum et uiolati numiniſ araſ
Et qd precipuiſ mentem ſudoribuſ urget
Te uidet in ſomniſ tua ſacra et maior ymago
Humana turbat pauidum cogitq; fateri
Hi ſunt qui trepidant et ad omniã fulmina pallent
Cum tonat exanimes primo quoq; murmure celi
Non quaſi fortuituſ nec uentoꝝ rabieſ ſꝫ
Iratuſ cadat in terraſ et uindicet ignis
Illa nihil nocuit cura grauiore timetur
Proxima tempeſtaſ ueluti hoc dilata ſereno
Preterea lateris uigili cum febre dolorem
Si cepere pati miſſum ad ſua cõpora morbum
Infeſto credunt a numine ſaxa deoꝝ

Nec tela putant pecudem spondere sacello
Balantem et laribus cristam promictere galli
Non audet quid enim sperare nocentibus egris
Concessum vel que non dignior hostia vita
Mobilis et varia est ferme natura malorum
Cum scelus admictunt superest constantia quid fas
Atque nephas tandem incipiunt sentire peractis
Criminibus tantum ad mores natura recurrit
Damnatos fixa et mutari nescia namque quis
Peccandi finem posuit sibi quando recepit
Eiectum semel attrita de fronte ruborem
Quisnam hominum est quem tu contentum videris uno
Flagitio dabit in laqueum vestigia noster
Perfidus et nigri patietur carceris uncum
Aut maris egei rupem scopulosque frequentes
Exulibus magnis pena gaudebis amara
Nominis invisi tandemque fatebere letus
Nec surdum nec tyresiam quemquam esse deorum

p Lurima sunt fuscine et
fama digna sinistra
Et quod maiorum vitio
sequiturque minores
Et nitidis maculam
ac rugam figentia rebus
Que monstrant ipsis pueris traduntque parentes
Si damnosa senem iuvat alea bibit et heres
Bullatus parvoque eadem movet arma fritillo
Nec melius de se cuiquam sperare propinquo
Concedit iuvenis qui radere tubera terre
Boletum condire et eodem iure natantes
Mergere ficedulas didicit nebulone parente
Et cana monstrante gula cum septimus annus
Transierit puero nondum omni dente renato
Barbatos licet admoveas mille inde magistros

Hinc totidem cupient lauto cenare paratu
Semper et a magna non degenerare culina
Mitem animum et mores modicis erroribus equos
Precipitatque animos servorum et corpora nostra
Materia constare putat paribusque elementis
An sevire docet rutilus qui gaudet acerbo
Plagarum strepitu et nulla sirena flagellis
Comparat antiphates trepidi laris ac polyphemus
Tunc felix quotiens aliquis tortore vocato
Uritur ardenti duo propter lintea ferro
Quid suadet iuveni letus stridore catene
Quem mire afficiunt inscripta ergastula carcer
Rusticus expectas ut non sit adultera large
Filia que numquam maternos dicere moechos
Tam cito nec tanto poterit contexere cursu
Ut non ter deciens respiret conscia matri
Virgo fuit ceras nunc hac dictante pusillas
Implet et ad moechos dat eisdem ferre cinedis — ad mechum
Sic natura iubet velocius et citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica magnis
Cum subeant animos auctoribus unus et alter
Forsitan hec spernant iuvenes quibus arte benigna
Et meliore luto finxit precordia titan
Sed reliquos fugienda patrum vestigia ducunt
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpe
Abstineas igitur damnandis huius enim vel
Una potens ratio est ne crimina nostra sequantur
Ex nobis geniti quoniam dociles imitandis
Turpibus ac pravis omnes sumus et Katilinam
Quocumque in populo videas quocumque sub axe
Sed nec brutus erit bruti nec avunculus usquam
nil Nec dictu fedum visuque hec limina tangat
Intra que puer est procul hac procul inde puelle
Lenonum et cantus pernoctantis parasiti
Maxima debetur puero reverentia si quid
Turpe paras ne tu pueri contempseris annos

Sed peccaturo obstitat tibi filius infans
Nam si quid dignum censoris fecerit ira
Quandoquidem et similem tibi se non corpore tantum
Nec vultu dederit morum quoque filius et cum
Omnia deterius tua per vestigia peccet
Corripies nimirum et castigabis acerbo
Clamore aut post hec tabulas mutare parabis
Unde tibi frontem libertatemque parentis
Cum facias peiora senex vacuumque cerebro
Iam pridem caput hoc ventosa cucurbita querat
Hospite venturo cessabit nemo tuorum
Verre pavimentum nitidas ostende columnas
Arida cum tota descendat aranea tela
Hic argentum vasa aspera tergeat atque alter
Vox domini fremit instantis virgamque tenentis
Ergo miser trepidas ne stercore feda canino
Atria displiceant oculis venientis amici
Nec perfusa luto sit porticus et tamen uno
Semodio scobis hec emundat servulus unus
Illud non agitas ut sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum vitioque carentem
Gratum est quod patrie civem populoque dedisti
Si facis ut patrie sit idoneus utilis agris
Utilis et bellorum et pacis rebus agendis
Plurimum enim intererit quibus artibus et quibus hunc tu
Moribus instituas serpente ciconia pullos
Nutrit et inventa per devia rura lacerta
Illi eadem sumptis querunt animalia pennis
Vultur iumento et canibus crucibusque relictis
Ad fetus properat partemque cadaveris affert
Hic est ergo cibus magni quoque vulturis et se
Pascentis propria cum iam facit arbore nidos
Sed leporem aut capream famule Iovis et generose
In saltu venantur aves tunc preda cubili
Ponitur inde autem cum se matura levabit
Progenies stimulante fame festinat ad illam

Quam primum predam rupto gustaverit ovo
Edificator erat Cetronius et modo curvo
Littore Caiete summa nunc Tiburis arce
Nunc Prenestinis in montibus alta parabat
Culmina villarum grecis longeque petitis
Marmoribus vincens Fortune atque Herculis edem
Ut spado vincebat Capitolia nostra Posides
Dum sic ergo habitat Cetronius imminuit rem
Fregit opes nec parva tamen mensura relicte
Partis erat totam hanc turbavit filius amens
Dum meliore novas attollit marmore villas
Quidam sortiti metuentem sabbata patrem
Nil fedum visu quod hec limina tangat
Nil preter nubes
et celi numen adorat
Nec distare putant humana carne suillam
Qua pater abstinuit mox et preputia ponunt
Romanas autem soliti contemnere leges
Iudaicum ediscunt et servant ac metuunt ius
Tradidit archano quodcumque volumine Moyses
Non monstrare vias eadem nisi sacra colenti
Quesitum ad fontem solos deducere verpos
Sed pater est causa cui septima queque fuit lux
Ignava et partem vite non attigit ullam
Sponte tamen iuvenes imitantur cetera solam
Inviti quoque avaritiam exercere iubentur
Fallit enim vitium specie virtutis et umbra
Cum sit triste habitu vultuque et veste severum
Nec dubie tamquam frugi laudatur avarus
Tamquam parcus homo et rerum tutela suarum
Certa magis quam si fortunas servat easdem
Hesperidum serpens aut Ponticus adde quod hunc de
Quo loquor egregium populus putat atque verendum
Artificem quippe his crescunt patrimonia fabris
Sed crescunt quocumque modo maioraque fiunt
Incude assidua semperque ardente camino
Et pater ergo animi felices credit avaros
Qui miratur opes qui nulla exempla beati
Pauperis esse putant iuvenes hortatur ut illam

Ire uiam peragunt et eidem incubere secte.
Sunt quedam uitiorum helementa his protinus illos
Imbuit et cogit minimas ediscere sordes
Mox acquirendi docet insatiabile uotum
Seruorum uentres modio castigat iniquo
Ipse quoque esuriens neque enim omnia sustinet unquam
Mucida cerulei panis consumere frustra
Hesternum solitus medio seruare minutal
Septembri nec non differre in tempora cene
Alterius concham estiuam cum parte lacerti
Signatam uel dimidio putrique siluro
Filaque sectiui numerata includere porri
Inuitatus ad hec aliquis de ponte negabit
Sed quo diuitias per hec tormenta coactas
Cum furor haud dubius cum sit manifesta frenesis
Ut locuples moriaris egenti uiuere fato
Interea pleno cum turget sacculus ore
Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit
Et minus hanc optat qui non habet ergo paratur
Altera uilla tibi cum rus non sufficit unum
Et proferre libet fines maiorque uidetur
Et melior uicina seges mercaris et hanc et
Arbusta et densa montem qui canet oliua
Quorum si dominus pretio non uincitur ullo
Nocte boues macri lassoque famelica collo
Iumenta ad uirides huius mittantur aristas
Nec prius inde domum quam tota noualia seuos
In uentres abeant ut credas falcibus actum
Dicere uix possis quam multi talia plorent
Et quot uenales iniuria fecerit agros
Sed qui sermones que fede buccina fame
Quid nocet hoc inquit tunicam mihi malo lupini
Quam si me toto laudet uicinia pago
Exigui ruris paucissima farra secantem
Sed et morbis et debilitate carebis
Et luctum et curam effugies et tempora uite
Longa tibi post hec fato meliore dabuntur

Si tantum

Si tantum culti solus possederis agri
Quantum sub tatio populus romanus arabat
Mox et fractis etate ac punica passis
Prelia uel pirrhum inmanem gladiosque molossos
Tandem pro multis uix iugera bina dabantur
Uulneribus merces ea sanguinis atque laboris
Nullis uisa unquam meritis minor haud ingrate
Curta fides patrie saturabit glebula talis
Patrem ipsum turbamque case qua feta iacebat
Uxor et infantes ludebant quatuor unus
Uernula tres domini sed magnis fratribus horum
A scrobe uel sulco redeuntibus altera cena
Amplior et grandes fumabant pultibus olle
Nunc modus hic agri nostro non sufficit horto
Inde fere scelerum cause nec plura uenena
Miscuit aut ferro grassatur sepius ullum
Humane mentis uitium quam seua cupido
Indomiti census nam diues qui fieri uult
Et cito uult fieri sed que reuerentia legum
Quis metus aut pudor est unquam properantis auari
Uiuite contenti casulis et collibus istis
O pueri marsus dicebat et hernicus olim
Uestinusque senex panem queramus aratro
Qui satis est mensis laudant hec numina ruris
Quorum ope et auxilio grate post munus ariste
Contingunt homines ueteris fastidia quercus
Nil uetitum fecisse uolet quem non pudet alto
Per glaciem perone tegi qui summouet euros
Pellibus inuersis peregrina ignotaque nobis
Ad scelus atque nefas quecunque est purpura ducit
Hec illi ueteres precepta minoribus at nunc
Post finem autumni media de nocte supinum
Clamosus iuuenem pater excitat accipe ceras
Scribe puer uigila atque causas age perlege rubras
Maiorum leges aut uitem posce libello
Sed caput intactum buxo naresque pilosas

Armotet et grandes miretur lelius alas
Dirue maurorum attegias castella brigantum
Vt locupletem aquilam tibi sexagesimus annus
Afferat et longos castrorum ferre labores
Si piget et trepido soluunt tibi cornua uentrem
Cum lituis audita pares quod uendere possis
Pluris dimidio nec te fastidia mercis
Illius subeant ablegande tiberim ultra
Non credas ponendum aliquid discriminis inter
Vnguenta et corium lucri bonus est odor ex re
Qualibet illa tuo sententia semper in ore
Versetur dijs atque ipso ioue digna poete
Vnde habeas querit nemo sed oportet habere
Hoc monstrant pueris uetule poscentibus assem
Hoc discunt omnes ante alpha et beta puelle
Talibus instantem monitis quemcunque parentem
Sic possum affari dic o uanissime quis te
Festinare iubet meliorem presto magistro
Discipulum securus abi uinceris ut aiax
Preterijt telamonem ut pelea uicit achilles
Parcendum est teneris nondum impleuere medullas
Nature mala nequitie cum pectere barbam
Ceperit et longi mucrone admittere cultri
Falsus erit testis uendet periuria summa
Exigua cereris tangens aramque pedemque
Elatam iam crede nurum si limina uestra
Mortifera cum dote subijt quibus illa premetur
Per somnum digitis namque terraque marique
Acquirenda putas breuior uia conferet illi
Nullus enim magni sceleris labor hec ego nunquam
Mandaui dices olim nec talia suasi
Mentis causa male tamen est et origo penes te
Nam quisquis magni census precepit amorem
Et leuo monitu pueros producit auaros
Et qui per fraudes patrimonia conduplicari
Dat libertatem et totas effundit habenas

Augustinus acciani

Falsus testis

Curriculo quem si reuoces subsistere nescit
Et te contempto rapitur metisque relictis
Nemo satis credit tantum delinquere quantum
Permittas adeo indulgent sibi latius ipsi
Cum dicis iuuenem stultum qui donet amico
Qui paupertatem leuet attollatque propinqui
Expoliare doces et circumscribere et omni
Crimine diuitias aquirere quorum amor in te
Quantus erat patrie deciorum in pectore quantum
Dilexit thebas si grecia uera meneceus
In quorum sulcis legiones dentibus anguis
Cum clipeis nascuntur et horrida bella capessunt
Continuo tanquam tubicen surrexerit una
Ergo ignem cuius scintillas ipse dedisti
Flagrantem et late & rapientem cuncta uidebis
Nec tibi parcetur misero trepidumque magistrum
In cauea magno fremitu leo tollet alumnus
Nota mathematicis genesis tua sed graue tardas
Expectare colus morieris stamine nondum
Obrupto iam nunc obstas et uota moraris
Iam torquet iuuenem longa et ceruina senectus
Ocius archigenem quere atque eme quod mitridates
Composuit si uis aliam decerpere ficum
Atque alias tractare rosas medicamen habendum est
Sorbere ante cibum quod debeat aut pater aut rex
Monstro uoluptatem egregiam cui nulla theatra
Nulla equare queas pretoris pulpita lauti
Si spectes quanto capitis discrimine constent
Incrementa domus erata multus in arca
Fiscus et ad uigilem ponendi castora nummi
Ex quo mars ultor galeam quoque perdidit et res
Non potuit seruare suas ergo omnia flore
Et cereris licet et cybeles aulea relinquas
Tanto maiores humana negotia ludi
An magis oblectant animum iactata petauro
Corpora quique solent rectum descendere funem

Qui tu corticia semper qui in puppe moraris
Atq; habitas choro semper tollendus et austro
Perditus a siculis sacci mercator olentis
Qui gaudes pingue antiquo de littore crete
Passum et municipes iovis advexisse lagenas
Hic tamen ancipiti figens vestigia planta
Victum illa mercede parat brumamq; famemq;
Illa reste cavet tu propter mille talenta
Et centum villas temerarius aspice portus
Et plenum magnis trabibus mare plus hominum iam
In pelago veniet classis quocumq; vocarit
Spes lucri nec carpathium getulaq; tantum
Equora transiliet sed longe calpe relicta
Audiet herculeo stridentem gurgite solem
Grande opere pretium est ut tenso folle reversus
Inde domum possis tumidaq; superbus aluta
Oceani monstra et iuvenes vidisse marinos
Non unus mentes agitat furor ille sorores
In manibus vultu eumenidis terret et igni
Hic bove percusso mugire agamenona credit
Aut Ithacum parcat tunicis licet atq; lacernis
Curatoris eget qui navem mercibus implet
Ad summum latus et tabula distinguitur una
Cum sit causa mali tanti et discriminis huius
Concisum argentum in titulos faciesq; minutas
Occurrunt nubes et fulgura solvite funes
Frumenti dominus clamat piperisq; coempti
Nil color hic celi nil fascia nigra minatur
Estivum tonat infelix an forsitan ipsa
Nocte cadet fractis trabibus fluctuq; premetur
Obrutus et zonam leva morsuq; tenebit
Sed cuius votis modo non suffecerat aurum
Quod tagus et rutila volvit pactolus harena
Frigida sufficient velantes inguina panni
Exiguusq; cibus mersa rate naufragus assem
Dum rogat et picta se tempestate tuetur

Tantis parta malis cura maiori metuq;
Servatur misera est magni custodia census
Dispositis predives hamis vigilare cohortem
Servorum noctu licinus iubet et attonitus pro
Electro signisq; suis phrigiaq; columna
Atq; ebore et lata testudine dolia nudi
Non ardent cynici si fregeris altera fiet
Cras domus atq; eadem plumbo commissa manebit
Sensit alexander testa cum vidit in illa
Magnum habitatorem quanto felicior hic qui
Nil cuperet quam qui totum sibi posceret orbem
Passurus gestis equanda pericula rebus
Nullum numen abest si sit prudentia sed te
Nos facimus fortuna deam mensura tamen que
Sufficiat census si quis me consulat edam
In quantum sitis atq; fames et frigora poscunt
Quantum epicure tibi parvis suffecit in ortis
Quantum socratici ceperunt ante penates
Nunquid aliud natura aliud sapientia dicit
Acribus exemplis videor te claudere misce
Ergo aliud nostris de moribus effice summam
Bis septem ordinibus quam lex dignatur othonis
Hec quoq; si rugam trahit extenditq; labellum
Sume duos equites fac tertia quadringenta
Si nondum implevi gremium si panditur ultra
Nec cresi fortuna umquam nec persica regna
Sufficient animo nec divitie narcissi
Indulsit cesar cui claudius omnia cuius
Paruit imperiis uxorem occidere iussus

DE RELIGIONIBUS EGIPTI

Quis nescit volusi bithinice
qualia demens
Egiptus portenta colat
cocodrillon adorat
Pars hec illa pavet
saturam serpentibus ibin

Effigies sacri nitet aurea cercopitheci
Dimidio magice resonant ubi memnone corde
Atque vetus thebe centum iacet obruta portis
Illic ceruleos hic piscem fluminis illic
Oppida tota canem venerantur nemo dianam
Porrum et cepe nephas violare ac frangere morsu
O sanctas gentes quibus hec nascuntur in hortis
Numina lanatis animalibus abstinet omnis
Mensa nephas illic fetum iugulare capelle
Carnibus humanis vesci licet attonito cum
Tale super cenam facinus narraret ulixes
Alcinoo bilem aut risum fortasse quibusdam
Moverat ut mendax aretalogus in mare nemo
Hunc abicit seva dignum veraque caribdi
Fingentem inmanes lestrigonas et ciclopes
Nam citius scillam vel concurrentia saxa
Cyaneis plenos et tempestatibus utres
Crediderim aut tenui percussum verbere circes
Et cum remigibus grunnisse elpenora porcis
Tam vacui capitis populum pheaca putavit
Sic aliquis merito nondum ebrius et minimum qui
De corcirea temptum deduxerat urna
Solus enim hec ithacus nullo sub teste canebat
Nos miranda quidem sed nuper consule iunco
Gesta super calide referemus menia copti
Nos vulgi scelus et cunctis graviora coturnis
Nam scelus a pirra quamquam omnia syrmata volvas
tragicos Nullus apud magicos populus facit accipe nostro
Dira quod exemplum feritas produxerit evo
Inter finitimos vetus atque antiqua simultas
Immortale odium et nunquam sanabile vulnus
Ardet adhuc combos et tentira summus utrinque
Inde furor vulgo quod numina vicinorum
Odit uterque locus cum solos credit habendos
Esse deos quos ipse colit sed tempore festo
Alterius populi rapienda occasio cunctis

Visa inimicorum primoribus ac ducibus ne
Letum hilaremque diem ne magne gaudia cene
Sentirent positis ad templa et compita mensis
Pervigilique thoro quem luce ac nocte iacente
Septimus interea sol invenit horrida sane
Egyptus sed luxuria quantum ipse notavi
Barbara famoso non cedit ripa canopo
Adde quod et facilis victoria de madidis et
Blesis atque mero titubantibus inde virorum
Saltatus nigro tibicine qualiacumque
Unguenta et flores multeque in fronte corone
Hinc ieiunum odium sed iurgia prima sonare
Incipiunt animis ardentibus hec tuba rixe — Deinc clamore pari con / curritur et vice teli / Seuit nuda manus / pauce sin vulnere male
Vix cuique aut nulli toto certamine nasus
Integer aspicies iam cuncta per agmina vultus
Dimidios alias facies et hiantia ruptis
Ossa genis plenos oculorum sanguine pugnos
Ludere se credunt ipsi tamen et pueriles
Exercere acies quod nulla cadavera calcent
Et sane quid tot rixantis milia turbe
Si vivunt omnes ergo acrior impetus et iam
Saxa inclinatis per humum quesita lacertis
Incipiunt torqueri domestica seditione
unus contra ius gentium in aciem pro
cessit: et ducem Senonum interfecit.
Quo commoti Galli petitis in deditionē
legatis: nec impetratis romam apud
alliam Fluuium ceciderunt die xvj
Kalendas augusti: qui dies inter
nefastos relatus alliensis dictus est.
Victores Galli urbem intrarunt. Vbi
nobilissimos senum in curulibus: et ho
norum insignibus: primo ut deos ue
nerati: deinde ut homines despicati
interfecere. Reliqua iuuentus cum
Manlio Torquato in capitolium con
fugit: ubi obsessa uirtute Camilli
liberata ē: qui absens Dictator dictus
collectis reliquijs Gallos improuisos

internitione occidit. Po. Ro. migrare
ueios uolentem retinuit. Sic oppidū
Ciuibus et ciues oppido reddidit.

Anlius Capitolinus ob defensum
capitolium dictus Sexdecim
annorum uoluntarium se
militem obtulit xxxvij mi
litaribus doniſ a ſuiſ ducibus ornatus
xxxiij cicatrices incorpore habuit.
Capta urbe incapitolium auctor con
fugiendi fuit. Quadam nocte clan
gore anseris excitatus gallos ascen
dentes deiecit. Patronus a ciuibus
appellatus et farre donatus est.
Domum etiam incapitolium publice
habuit. Qua ſupbia elatus: quom
a ſenatu ſumpſiſſe Gallicoſ theſauros
argueret: et addictos propria pe
cunia liberaret regni affectati incar
cerem coniectus populi conſensu libe
ratuſ est. Rursus quom in eadem
culpa: et grauiuſ perseueraret reus
factus: et ob conspectum capitolij am
pliatus: alio deinde loco Damnatꝰ
de ſaxo Tarpeio precipitatuſ est.
Domus Diruta bona publicata
Gentilitas eius Manlij cognomine
iurauit ne quiſ postea capitolinus
uocaretur

Idenates fidei Romanos
hostes ut ſint ſpe uenie
fortius dimicarent legatos
ad se missos interfecerunt
ad quoſ Q. cincinatus dictator

missus magistrum equitum habuit Cor
nelium coſſum: qui larten colūni
um ducem ſua manu interfecit. De
eo spolia opima Ioui pheretro secundus
a romulo consecrauit.

Ic bello Sammitico ſub
Valerio Maximo et Corne
lio coſſo Trib. mil. exerci
tu in angustijs gauri mon
tis insidijs hostium clauſo accepto qd
postulauerat presidio insuperiorem lo
cum euasit. hostes terruit. ipse interm
pesta nocte p medias custodias som
no oppressas incolumiſ euaſit: ob hoc
ab exercitu ciuica corona de quercu:
que dabatur ei qui ciues in bello ſeruaſ
set obsidionali .s. aurea que dabatur
ei qui obsidione ciues liberasset do
natus ē Consul bello latino Colle
ga Mallio Torquato positus apud ue
ſerum fluuiū castris quom utriq;
consuli ſomno obuenisset eos uictores
futuros. quorum dux in prelio cecidiſ
set. ſedum collato cum collega ſomnio
conuenisset: ut cuius cornu in acie
laboraret dijs se manibus uoueret In
clinante ſua parte ſecum: et hostes
p ualerium pontificem dijs manibus
deuouit Impetu in hostes facto uictori
am ſuiſ reliquit.

Vblius Decius Decij filius p̄
mo consul de Sammitibus tri
umphans polia ex hiſ cereri
consecrauit. Iterum: et tertio

consul multa domi: militieq; gessit.
Quarto consulatu cum fabio maxi
mo: quom Galli: Samnites: Vmbri
Tusci: Contra romanos conspirasset.
ibi exercitu inaciem ducto: et cor
nu inclinante exemplum patris
imitatus aduocato marco Liuio
Pontifice. haste insistens et Solem
nia uerba respondens se et hostes
dys manibus deuouit. Impetu ī hostes
facto uictoriam suis reliquit cōpus
a collega laudatum magnifice sepul
tum est.

Itus Manlius Torquatus
ob ingenij et lingue tar
ditatem a patre rus rele
gatus quom audisset ei
diem dictam a Pompeio Trib. pl.
nocte urbem petyt. secretum collo
quium a Tri. pl. impetrauit et
gladio astricto dimictere eum ac
cusationem terrore multo compu
lit. Sulpitio dictatore Tribunum
militum. Gallum prouocatorem occi
dit. Torquem ei detractum ceruici
sue induit. Consul bello Latino fi
lium suum q contra imperium pu
gnasset securi percussit latinos apud
ueserim fluuium Decij College deuo
tione superauit Consulatum recusauit
q diceret neq; se populi uitia neq;
illum seueritatem suam posse sufferre.

Eliquias. Senonum Camil
lus persequens aduersum

ingentem gallum prouocatorem solus
ualerius Coruinus Tribunus mili
tum omnibus territis processit: Cor
uus ab ortu solis galee eius insedit:
et interpugnandum ora oculosq; gal
li uerberauit hoste uicto Valerius
coruinus dictus est. hic quom in
gens multitudo ere alieno oppres
sa Capuam occupare temptasset
et ducem sibi. Q. necessitate compul
sum fecisset sublato ere alieno se
ditionem compressit.

Tius ueturius: et Spuri
us postumius consules ad
uersus Samnites bellum
gerentes a Pontio Telesi
no Duce hostium ininsidias sedu
cti sunt. Nam ille simulatos trans
fugas misit. Qui romanis dicerent
Luceriam apud Lanam a Samni
tibus obsideri. Quo duo Itinera du
cebant aliud longius et tutius ali
ud breuius et periculosius festinā
tibus itaq; quom insidias statuissz:
qui locus furcule Caudiane uo
catur. Pontius accitum patrem he
rennium rogauit quid fieri place
ret. Ille ait aut omes occidendos ut
uires frangerentur aut omnes di
mictendos ut beneficio obligarentur.
Vtroq; improbato consilio omēs sub
iugum missi icto federe q a ro
manis improbatum est. Postumius
Samnitibus deditus nec receptus
est.

Vtius Papirius velocitate
curſor: Quem conſulem ſe
aduerſus omnibus aduerſuz
ſammites progreſſum eſſe
ſenſiſſet ad auſpicia repetenda Ro
mam regreſſus edixit Fabio rutili
ano quem exercitui preponebat ne
manum cum hoste conſereret. Sed
ille oportunitate ductus pugnauit
reuerſus eum ſecuri feriri voluit
Jlle in urbem confugit. nec ſuppli
cem Tribuni tuebant Deinde patris
Lachrimis. populus precibus ueniam
impetrauit. Papirius de Samnitibus
triumphauit. Jtem preneste quem pre
torem grauiſſime increpauiſſet ex
pedi inquit lictor ſecures: et quem
eum metu mortis attonitum vidiſ
ſet incomodam ambulantibus radicem
excidi iuſſit.

Vintus fabius Rutilianus
primus ex ea familia ob
uirtutem maximus magister
equitum a papirio ſecuri
pene percuſſus Primo de apulis et
nucerinis: iterum de Sammitibus
Tertio de Gallis Vmbris: Marſis atque
Tuſcis Triumphauit. Cenſor liber
tinos Tribubus amouit. Jterum Cen
ſor fieri noluit dicens non eſſe ex uſu
Rei.pu. eoſdem cenſores ſepius fieri
hic primus inſtituit uti equites Ro
mani Jdibus quintilibus ab ede
honoris equis niſi dentes in capitolium

transferent. Mortuo huic tantum aeris
populi liberalitate congestum est ut
inde filius eius uiſcerationes: et epu
las publice daret

Arcus Curius dentatus primo
de Sammitibus triumphauit
quos uſque ad mare ſuperum
perpacauit. Regreſſus in
contione ait. Tantum agri cepi: ut
ſolitudo fuerit futura niſi tantum
hominum cepiſſem. Tantum porro
hominum cepi ut fame perituri
fuiſſent niſi tantum agri cepiſſem
Jterum de ſabinis triumphauit. Ter
tio de Lucanis ouans urbem intro
iuit. Pirrhum Epirotam ex italia
expulit. Quaterna dena agri iuge
ra uiritim populo diuiſit: ſibi
deinde constituit: dicens neminem
eſſe debere cui non tantum ſufficeret
legatis Samnitum aurum afferen
tibus quem ipſe in foco rapas torre
ret malo hec inquit in fictilibus meis
eſſe: et aurum habentibus imperare
Quem interuerſae pecunie argueret
cadum ligneum: quo uti ad ſacrificia
conſueuerat in medium protulit. Jura
uitque ſe nihil amplius de preda ho
stili domum ſuam conuertiſſe. Aquam
deinde anienem manibus hostium in
urbem induxit. Tribunus plebis
patres auctores fieri coegit Comi
tiis quibus plebei magistratus creabant
ob merita domus ei apud typhataz
et agri iugera quingenta publice data

Ppius claudius cecus incensu
ra Libertinos q; in senatu le
git epulandi decantandi q; ius
tibicinibus in publico ademit.
Due familie ad herculis sacra sunt
destinate scilicet potitiorum et pina
riorum Potitios herculis sacerdotes
pecunia corrupit ut sacra hercula
nea servos publicos edocerent
unde cecatus est. Gens Potitiorum
funditus periit ne consulatus cum
plebeis communicaretur acerrime restitit
ne fabius solus ad bellum mitteretur
contra dixit. Sabinos: Samnites
Etruscos bello domuit. Viam usq;
brundusium Lapidibus stravit unde
illa via appia est. A quam anienem
manibus hostium in urbem induxit.
Censuram solus omnium quinquennio
obtinuit. Quom de pace pyrrhi age
retur et gratia potentium per legatus
Cyneam quereretur pretio senatus:
et cecus lectica in senatum Latus
turpissimas conditiones magnifica
oratione discussit.

Yrrhus rex epyrotharum
materno genere ab acchille:
paterno hercule oriundus
quom imperium orbis agi
taret: et romanos potentes uideret.
Appollinem de bello consuluit ille
ambigue respondit. Aio te eacida
romanos uincere posse. hoc dicto
in uoluntatem tracto auxilio taren

tinorum bellum romanis intulit. Le
uinium consulem apud Eracleam
Elephantorum novitate turbavit Quom
q; romanos adversis vulneribus occi
sos uideret. Ego inquit talibus militibus
brevi orbem terrarum subigere po
tuissem. Amicis gratulantibus Quid
mihi cum tali victoria inquit: ubi
exercitus robur amictam Ad uige
simum ab urbe lapidem castra po
suit. Captivos fabritio gratis red
didit viso Levinii exercitu eandem
si ait adversus romanos: quam her
culi adversus hydram fuisse fortu
nam a Curio et Fabritio superatus
Tarentum perfugit: in siciliam transi
it. Mox in italiam Locros regressus
pecuniam proserpine auferre tem
ptavit Sed ea naufragio erepta est.
Tum in greciam reversus dum argos
oppugnaret ictu tegule prostratus est
Corpus ad antigonum regem ma
cedonie relatum magnifice sepul
tum est.

Olscini opulentissimi etru
scorum populi Luxuria pe
ne perierunt. Nam quom
temere servos manumitte
rent dum in curiam legerent consen
su servorum oppressi quom multa
indigna paterentur clam rome au
xilium petierunt: missusq; D. mu
rena Libertinos omnes aut in carcere
necavit aut dominis in servitutem re
stituit.

Appius claudius uictis Volſci
nenſibus cognomento audax
frater ceci fuit Conſul ad
mamertinos liberandos
miſſus eſt quorum arcem Karthagi
nenſes: et hieno Rex Syracuſanus
obſidebant. Primo ad explorandos
hostes fretum piſcatoria naue traie
cit et cum duce Karthaginenſium
egit ut preſidium arce duceret. Re
gimque regreſſus quinque remem copiis
pedeſtribus cepit. Eam legionem in
Siciliam tranſduxit. Karthagi
nenſes Meſſana expulit. Hieronem
prelio apud Siracuſas in deditionem
accepit. Qui eo periculo territus Ro
manorum amicitiam petiit eiſque po
stea fideliſſimus fuit

Gneus duelius Primo bello pu
nico dux contra Kartha
ginenſes miſſus quem uide
ret pos multum mari poſ
ſe: claſſem magis ualidam quam decoram
fabrefecit et manus ferreas cum
irriſu hostium primus inſtituit. Sic
inter pugnandum hostium naues
apprehendit: qui uicti et capti ſunt.
himilco dux claſſis Karthaginem
fugit et a Senatu queſiuit quid
faciendum cenſeret: omnibus ut pu
gnarent acclamantibus: Feci inquit
et uictus ſum. Sic penam crucis
effugit. Nam apud penos dux re
male geſta puniebatur. Duelio conceſſum

est: ut prelucente funali: et precinente
Tibicine a cena publice rediret.

Atilius Colatinus dux aduer
ſum Karthaginenſes miſſus
et munitiſſimis ciuitatibus
Ethna. Drepano. Lilibeo
hoſtilia preſidia deiecit: panormum
cepit totamque Siciliam peruagatus pa
ucis nauibus magnam hoſtium claſſem
duce Hamilcare ſuperauit. Sed quem
Camarinam ab hoſtibus obſeſſam feſti
naret a penis in anguſtiis clauſus est
Ubi Tribunus militum Calphurnius
per flammam acceptis trecentis in ſuperi
orem locum euaſit Conſulem liberauit:
ipſe cum trecentis pugnans cecidit
et poſtea ab atilio ſemianimis inuentus:
et ſanatus magno poſtea terrori ho
ſtibus fuit. Atilius glorioſe triumphauit

Marcus atilius Regulus conſul
fuſis ſalentinis Triumpha
uit. Primusque romanorum
ducum in africam claſſem tra
iecit. Hamilcaris quaſſata claſſe naues
longas tres et ſexaginta accepit. oppi
da ducenta et ducenta milia hoſtium
hominum cepit. abſente eo coniugi
eius et liberis ob paupertatem ſumptus
publice dati. Mox arte Xantippi
Lacedemonii mercenarii militis ca
ptus in carcerem miſſus. Legatus
de permutandis captiuis romam miſſus
dato iureiurando: ut ſi non impetraſ
ſet ita demum rediret: In ſenatu con

diutionem dissuasit reiectusq; ase iuuge
et filys liberis Karthaginem regressus
ubi in archam ligneam coniectus clauis
introrsum adiectis uigilys ac dolo
re confectus est

Quintus Luctatius catulus pri
mo bello punico trecentis na
uibus aduersus penos profe
ctus sexcentas eorum naues
commeatibus et alys honeribus impedi
tas duce hamilcare apud egares in
sulas inter siciliam et africam depressit:
finemq; bello imposuit pacem petentibus
hac conditione concessit ut Sicilia:
Sardinia: et ceteris insulis inter italiam
africamq; decederent hispania citra
hiberum abstinerent

b Anibal hamilcaris filius nouem
annis natus a patre aris ad
motus odium in Romanos
perenne iurauit. Exinde socius
et miles in castris patri fuit mortuo
eo causam belli querens Sagunthum
Romanis foederatam infra sex menses
euertit. Tum alpibus patefactis in Ita
liam traiecit. P. Scipionem apud Tici
num: Sempronium Longum apud tre
biam: Flaminium apud trasimenum:
Paulum Emilium et Varronem apud
Cannas superauit. Cumq; urbem cape
posset: in campaniam deuertit cuius
delitys elongauit elanguit. Et quom
ad tertium ab urbe lapidem Castra
posuisset tempestatibus repulsus: primum

a Fabio Maximo Frustratus est: Deinde
a Valerio Flacco repulsus: a Gracco
et Marcello Fugatus in africam reuo
catus a Scipione superatus ad An
thiochum regem Syrie confugit eum
qui hostem Romanis fecit quo uicto
ad Prusiam regem Bithinie concessit
Unde Romana legatione repetitus
hausto ueneno quod sub gemma anuli
habebat: assumptus est. positus apud
Libissam in archa Lapidea inqua ho
die scriptum est hannibal hic situs est

Quintus Fabius maximus Cun
ctator ut Verucosus a Veruca
in Labris. ita ouicula a Cle
mentia morum Consul de
liguribus triumphauit. Hannibalem
mora fregit. Minutium Magrum eq
tum Imperio sibi equari passus est.
et nihilominus periclitanti subuenit.
Hannibalem in agro falerno inclusit.
Manlium Statilium transfugere ad
hostes uolentem: equo et armis dona
tus retinuit: et lucano cuidam fortis
simo ob amorem mulieris infrequenti
eandem emptam dono dedit. Tarentum
ab hostibus recepit. Herculis signum
inde translatum in capitolio dedicauit.
De redemptione captiuorum cum
hostibus pepigit: quod pactum quom
a Senatu improbaretur fundum suum
ducentis milibus uendidit et fidei satisfecit

Marcus marcellus Vir Ro
manus Gallorum ducem

singulari prelio fudit. Spolia legit. Hannibalem primus locorum angustia adiutus vinci docuit. Syracusas per tres annos expugnavit: Et quom pro calumniam a senatu triumphus negaretur de sua sententia in albano monte triumphavit. Quinquies consul Hannibalis insidiis deceptus et magnifice sepultus ossa romam remissa a predonibus intercepta perierunt.

Publius Scipio Nasica a Senatu Vir optimus iudicatus matrem deum in hospitio recepit. Is quom adversus auspicia consulem se a Graccho nominatum comperisset magistratu se abdicavit. Censor. Statuas quas sibi consul quisque in foro per ambitionem habebat sustulit. Consul Delminium urbem Dalmatorum Dalmissum expugnavit. Imperatoris nomen a militibus et Senatu triumphum oblatum recusavit Eloquentia primus: ingenio sapientissimus fuit unde vulgo corculum dictus

Annibale Italiam devastante et responso librorum Sibillinorum matre deum a pessinunte accersita quom adverso Tiberi veheretur repente in alto stetit et quom moveri nullis viribus posset ex libris cognitum quamquam castissime demum femine manu moveri posse. Quom claudia virgo vestalis falsi

incesti suspecta deam oravit: ut si pudicitiam sciret sequeretur et zona imposita navem movit: Simulacrum matris deum advertit. Templum edificavit Nasica qui vir optimus iudicabatur

Marcus portius Cato genere Tusculanus a Valerio Flacco Romam solicitatus. Trib. militum in sicilia: Questor sub scipione fortissimus pretor iustissimus fuit. In pretura Sardiniam subegit: ubi ab Ennio grecis litteris instructus: Consul celtiberos domuit et ne rebellare possent litteras ad singulas civitates misit ut muros diruerent quom unaqueque soli sibi imperari putaret fecerunt. Syriatico bello. Trib. mil. sub. M. acilio Galabrione occupatis Termopilarum iugis presidium hostium depulit Censor Lucium Flaminium consularem Senatu movit quod ille in gallia ad cuiusdam scorti spectaculum eiectum quendam e carcere in convivio iugulari iussisset basilicam suo nomine primus fecit. Matronis ornamenta erepta Oppia lege repetentibus restituit: accusator assiduus malorum Galbam Octogenarius accusavit Ipse quadragies quater accusatus gloriose absolutus Karthaginem delendam censuit post Lxxx. annos filium genuit

Imago huius funeris gratia produci solet.

Lxxx annorum filium genuit

Claudius Nero:

Sdrubal frater Hannibalis in
gentibus copyſ traiecit: actuq;
erat de Romano imperio
ſi ſe iungere Hannibali po
tuiſſet. Sed claudiuſ nero: qui cum
hannibale in apulia castra coniunxe
rat relicta in castris parte cum de

Liuius

lectis ad Adrubalem properauit
et ſe liuio college apud ſenam oppi
dum et Methaurum flumen coniun
xit: amboq; Adrubalem uicere. Ne
ro regreſſus pari celeritate qua ue
nerat caput Haſdrubalis ante Valluõ
Hannibalis proiecit. Quo uiſo ſe uinci
fortuna Karthaginis confeſſus: ob
hoc Liuius triumphans nero Vrbem
ouans introierunt.

Vblius ſcipio ex uirtutibus
nominatus africanus Jouis
filius creditus: nam ante
q̃ conciperetſ ſerpenſ in
lecto matris apparuit et ipſi par
uulo draco circumfuſus nihil no
cuit. Jncapitolium intempeſta nocte
euntem nunq̃ canes latrauerunt.
nec hic quicq̃ prius cepit: q̃ incel
la iouis diutiſſime conſediſſet: quaſi
diuinam mentem accepiſſet: Decem
et octo annorum patrem apud Tici
num fluuium ſingulari uirtute
ſeruauit. clade cannenſi nobiliſſimos
Juuenes italiam deſerere cupientes
ſua auctoritate compeſcuit: reliqas
incolumes p̄ media hoſtium castra

canuſium ꝑduxit. xxiiij annorum
pretor hiſpania miſſus Karthagi
nem qua die uenit cepit. Virginez

Canusium:

pulcherrimam ad cuiuſ aſpectum
concurrebatſ ad ſe noluit adduci
patriq; euiſ ſponſor aſtitit. Haſdruba
balem Magonemq; fratres hanniba
liſ hiſpania depulit. Amicitiam cũ
Siphace maurorum rege coniunxit.
Maxiniſſam inſocietatem recepit.
Victor domum regreſſus conſul an
annoſ factus concedente collega in
affricam claſſe traiecit. Haſdruba
liſ et Siphacis castra una nocte
prorupit: reuocatum ex Jtalia hanni
balem ſuperauit. Victiſ Karthagi
nenſibus legem impoſuit. bello an
thiochi Legatus fratri fuit. Captũ
filium gratis recepit. á petilio Atrio
Trib. ple. repetundarum accuſatus
librum rationum inconſpectu popu
li ſcidit: hac die inquit Karthagi
nem uici quaſi bonum factum in ca
pitolium eamus et dyſ ſupplicemus.
Jnde inuoluntarium exilium con
ceſſit. ubi reliquam egit etatem mo
riens ab uxore petyt: ne corpus
ſuum romam referret.

L. Liuius Salinator primo ꝯſul
de Jllyriſ triumphauit. de
inde ex inuidia peculatus
reuſ ab omnibꝰ tribubus
excepta Metia condemnatus. Jteruz
cum Claudio Nerone inimico ſuo
conſul ne reſ. pu. diſcordia male

administraret. amicitiam cum eo
iunxit et de Hasdrubale triumpha
uit. Cenſor cum eodem collega oēs
tribus excepta metia erarias fecit
stipendio priuauit: eo crimine: q̄
aut prius ſe iniuste condemnaſſet aut
postea tantos honores nō recte tribu
iſſet.

Quintus flaminius Flaminij
qui apud Traſimenum perijt
filius conſul macedoniam
ſortitus Carpete principes
paſtoribus prouinciam ingreſſus Regē
philippum prelio fudit. Caſtris exuit.
filium eius Demetrium obſidem acce
pit. Ludos Junoni Samiae ꝑ preco
nem nuntiauit. Legatus etiam ad
pruſiam: ut hannibalem peteret miſ
ſus est.

Quintus fuluius nobilior cōſul
etholos: orethinos ſupauit.
Unde ouans urbem Introiuit
Canatheos qui bello mace
donico interfuerant post anthiocum
defecerant prelijs frequentibus ui
ctos et in ambrachiam oppidum
coactos in deditionem accepit. tamen
ſignis tabuliſq; pictis ſpoliauit: de
quibus triumphauit: quam uictoriam
per ſe magnificam Ennius amicus
eius inſigni Laude celebrauit.

Cipio Aſiaticus frater afri
cano infirmus corpore

tamen in africa uirtutis nomine a
fratre Laudatus conſul Anthiocum
regem Sirię legato fratre apud Sy
pilum montem cum arcus hostium
pluuia hebetati fuiſſent uicit et
regni relicti aperte priuauit. hic
aſiaticus dictus: post reus pecunię
intercepte: ne in carcerem duceret.
Gracchus pater. Trib. pl. interceſſit.
Marcus Cato Cenſor equum et igno
minię cauſa ademit.

Anthiocus rex Syrię nimia
opum fiducia bellū roma
nis intulit. Specie Lisima
chie urbis repetendę quā
a maioribus ſuis inthracia quondā
romani poſſidebant. Statimq; grę
ciam insulaſq; eius occupauit. In
Euboia Luxuria elanguit. aduen
tu accilij glabrionis excitus Ter
mophilas occupauit Unde Industria
M. Catonis eiectus in aſiam refu
git: nauali prelio cui hannibalem
prefecerat a Lutio Emilio regulo
ſupatus filium Scipionis Africanj:
quem inter nauigandum ceperat
patri remiſit: qui ei quaſi ꝑ redde
da grā ſuaſit: ut amicitiam roma
norum peteret. Anthiocus ſpreto
conſilio apud Sipilum montem cū
L. Scipione conflixit: et uictus
ultra Thaurum montem relega
tus a ſodalibus: quos temulenter
in conuiuio pulſauerat occiſus ē.

Neus Manlius Vulso missus ad ordinandam Scipionis Asiatici provinciam cupidine triumphandi bellum Pisidys: et Gallogrecis qui anthioco affuerat intulit. his facile victis inter captivos uxor regis orgiagotis centurioni cuidam incustodiam data a quo vi stuprata de iniuria tacuit et post impetrata redemptione marito adulterum interficiendum tradidit.

Utius Emilius. Pauli filius eius apud Cannas cecidit primo consulatu: quem post tres repulsas adeptus erat de Liguribus triumphavit rerum gestarum ordinem intabula pictum publice posuit. Iterum consul Persen philippi filium regem macedonum apud Samothracas cepit quem victum flevit et assidere sibi iussit: tamen intriumphum duxit In hac letitia duos filios amisit: et progressus ad populum gras fortune egit q si quid adversi Rei publicae imminebat sua esset calamitate decisum Ob hec omnia a populo: et a Senatu concessum est: ut ludis circensibus triumphali veste uteretur. Ob huius Licentiam: et paupertate post mortem eius dos uxori: nisi venditis possessionibus no potuit exolvi

Marginal note: Tiberius

Iberius Sempronius Gracchus nobilissima familia ortus Scipionem Asiaticũ q̃vis inimicum duci ĩ carcerem nõ passus Pretor Galliam Domuit. Consul hispaniam Altero consulatu Sardiniam Tantumq; captivorum adduxit: ut Longa venditionis res inproverbium veniret Sardi venales censor libertinos qui rusticas tribus occupaverant inquatuor urbanas divisit. Ob quod a populo Collega eius Claudius: nam ipsum auctoritas tuebatur reus factus et quom claudium condemnasset: Tiberius iuravit se cum illo inexilium iturum Ita reus absolutus ẽ: et quom e domo Tiberij duo angues e geniali Thoro repsissent responso dato: eum de domini periturum cuius sexus anguis fuisset occisus amore cornelie coniugis marem iussit interfici

Ublius Scipio Aemilianus pauli macedonici filius [a Scipione africano adoptatus] in macedonia cum [filius] patre agens victum persen tampertinaciter persequutus ẽ. ut media nocte incastra rediret lucullo in hispania legato apud intercatiam oppidum provocatorem singulari certamine superavit Muros hostiles civitatis primus ascendit. Trib. mil. in africa sub Tito Manlio

imperatore. viij cohortes obſidione
uallatas conſilio et uirtute ſeruauit:
a quibus corona aurea obſidionali do
natus. quom edilitatem peteret. cō
ſul ante annos ultro factus Kartha
ginem intra ſex menſes deleuit.
Numantiam in hiſpania corrupta
priuſ militum diſciplina fame uicit.
Hinc. Numantinus. Caio Lelio pluri
mum uſus ad reges adeundos miſſ
duoſ ſecum preter eum ſeruoſ duxit
ob reſ geſtas ſupbus Gracchum iure
ceſum uideri reſpondit obſtrepente
populo. Taceant inquit quibus italia
nouerca non mater eſt: quoſ ego ſb
corona uendidi. Cenſor mummio col
lega ſegniore in ſenatu ait utinam
mihi collegam aut dediſſetis: aut nō
dediſſetis: ſuſcepta agrariorum cā
domi repente examinis inuentus
obuoluto capite elatus ne liuor ī ore
appareret: huius patrimonium
tam exiguum uī xxij libraſ argē
ti: duaſ et ſemilibram auri reliquit.

Ulius hoſtilius Mancinus:
pretor aduerſum numanti
noſ uetantibus auibus: et ne
ſcio qua uoce reuocante
profectus. quom ad numantiam ue
niſſet exercitum Pompeij acceptum
priuſ corrigere decreuit et ſolitudi
nem petijt. Eo die. Numantini for
te ſolemni nuptu filias locabant:
et unam ſpecioſam duobus compe
tentibus pater puelle conditionem in

tulit: ut ei illa nuberet: qui hoſtis
dexteram attuliſſet. profecti iuuenes
ob ceſſum romanorum in modū fuge
properantum cognoſcunt. Rem ad ſu
oſ illi referunt: ſtatim quatuor mili
buſ ſuorum occiderunt. Mancinuſ au
ctore Tiberio Graccho queſtore in
leges hoſtium fœduſ pcuſſit. quo pr̄
Senatum improbato Mancinus Nu
mantiniſ deditus: nec receptus au
gurio in caſtra deductus preturam
poſtea conſequutus eſt.

Ucius Mumius deuicta Acha
ia achaicus aduerſuſ corin
thioſ miſſus uictoriam ali
eno labore queſitam inter
cepit. Nam quom illos Metellus ma
cedonicus fudiſſet apud Eracleam
et duce Critolao priuaſſet cum li
ctoribus: et paucis equitibus in me
telli caſtra properauit: Et Corinthi
oſ apud leucopetram uicit. Duce Ca
nao qui domum refugit eamq; in
cendit: coniugem interfecit: et in
ignem precipitauit. ipſe ueneno pe
rijt. Mumiuſ Corinthum ſignis Ta
buliſq; ſpoliauit quibuſ quom totam
repleſſet Italiam in domum ſuam
nihil retulit.

Uintus metelluſ Cecilius a
domita Macedonia Mace
donicus pretor ſeſeudo phi
lippum qui idem Andriſcas
dictus eſt Acheos biſ prelio fudit

Triumphandos Mumio tradidit. in
uſus plebi ob nimium ſeueritatem
et ideo post duas repulſas conſul egre
factus. Arbacos in hiſpania domuit.
apud correbiam oppidum cohortes
loco pulſas redire et locum recipere
iuſſet et quom omnia proprio et
ſubito conſilio ageret amico cuidam
quid acturus eſſet roganti. Tunicam
inquit meam exurerem ſi eam conſi
lium meum ſcire existimarem. hic
iiij pater ſupremo tempore humeris
eorum ad ſepulcrum latus eſt: exqui
bus tres conſulares unum etiam tri
umphantem uidit.

Vintus Cecilius Metellus qui
de Iugurtha rege triumpha
uit. Cenſor. Qu. qui ſe Tibe
rij Gracchi filium mentieba
tur incenſum nõ recepit. Idem in
legem Apuleiam per uim latam iura
re noluit. quare in exilium actus
Smirne exulauit. Claudia ex ro͂
rogatione reuocatus cum ludis
forte lrãs in theatro accepiſſet nõ
prius legere dignatus eſt quam ſpectacu
lum finiretur. Metellum ſororis
ſue filium laudare noluit quod is ſolus
iudicium eius leges detractarat

quod is ſuum iudicium et leges

Vintus Metellus Pius Numi
dici filius quia patrem
lachrimis et precibus aſſi
duis reuocauit. pretor bello ſociali
Q. Compedium Marſorum ducem

interfecit. Conſul in hiſpania her
culeios fratres compreſſit. Sertori
um hiſpania expulit. Adoleſcens
in petitione preture: et pontificatus
conſularibus uiris prelatus eſt

Iberius Gracchus africano
ex filia nepos Queſtori man
cino in hiſpania fedus eius
flagitioſum probauit. pe
riculum deditionis eloquentie grã
fugit. Trib. pl. legem tulit ne quis
plus mille agri iugera haberet. Octa
uio collega intercedente nouo exem
plo magistratum abrogauit. deinde
Tulit. ut de familia que de attali
hereditate erat ageretur: et populo
diuideretur. Deinde quom prorogare
ſibi poteſtatem uellet aduerſis auſpi
ciis inpublicum proceſſit ſtatimq; capi
tolium petijt manum ad caput re
ferens: quo ſalutem ſuam populo co
mendabat. hoc nobilitas ita acce
pit quaſi Diadema, poſceret ſegni
terq; ceſſantes Mutio conſul Scipio
naſica ſequi ſe iuſſit qui ſaluam
rempu. uellet. Gracchum in ca
pitolium proſequutus oppreſſit. Cu
ius Corpus in tiberim miſſum. Vn
de ille uiſpilio dictus. Naſica ut
inuidie ſubtraheretur per ſpeciem lega
tionis in aſiam ablegatus eſt

Aius Gracchus peſtilentem
Sardiniam queſtor ſorti
tus nõ ueniente ſucceſſore

suo sponte discessit. Asculanae et fregel
lanae defensionis inuidiam substinuit.
Trib. pl. agrarias et frumentarias le
ges tulit colonos et a capuam: et taren
tum mittendos censuit Triumuiros
agris diuidendis se et fuluium flaccu
et Caium crassum constituit Minutio
Ruco Trib. pl. legibus abrogante in
capitolium uenit: ubi quom antilius
preco Opimij in turba fuisset occisus
in forum descendit: et imprudens con
tionem a Trib. pl. aduocauit. Quare
accersitus quom in senatu non uenisset
armata familia auentinum occupa
uit: ubi ab opimio uictus dum a tem
plo lunae desilijt: talum intorsit et pon
tinio amico apud portam trigeminam
P. lectorio in ponte Sublitio prosequen
tibus resistente in locum furianae per
uenit ubi uel sua uel eupdori manu
interfectus: caput a Septimio Attilio
amico Gracchi ad opimium relatum
auro expensum fertur propter auaritiam
infuso plumbo grauius effectum

Marcus liuius drusus Genere
eloquentia magnus: Sed am
bitiosus: et superbus aedilis
munus magnificentissimum
dedit: et Remmio Collegae quaedam
de utilitate R. pu. suggerenti. Quid
tibi inquit cum re. pu. nostra. Quae
stor in asia nullis insignibus uti uoluit
ne quid ipso esset insignius. Trib. pl.
latinis ciuitatem: plebi agros: equitibus
curiam: Senatui iudicia permisit. ni

miae liberalitatis fuit. Ipse etiam pro
fessus nihil nemini ad largiendum
praeter caelum et cenum liquisse. Itaque
quom pecunia egeret multa contra
dignitatem fecit Magulsam Mauri
taniae principem ob regis simultatem
profugum accepta pecunia Boccho
prodidit: quem ille Elephanto obiecit.
adherbalem filium regis numidarum
obsidem domi suae sumpsit: redemptio
nem eius a patre sperans occultam.
Cepionem inimicum actionibus suis
resistentem ait se de saxo tarpeio prae
cipitaturum. consul legibus agrarijs
resistenti ita collum in comitio obtor
sit: ut multus sanguis efflueret e
naribus quae illa luxuria exprobans:
mori aut detur dixisse dicebat. Deinde
ex gratia in inuidiam uenit. Nam
plebs acceptis agris gaudebat. expul
si dolebant equites. In senatu lecti le
tabantur senatus permissis iudicijs exu
labat. Sed societatem cum equitibus
aegre ferebat. Unde Liuius anxius:
ut latinorum postulata differret qui pro
missam ciuitatem flagitabant repen
te in publico cecidit: siue morbo co
mitiali: siue hausto caprino sanguine
semianimis domum relatus uota pro
illo publice suscepta sunt per italiam.
Et quom latini consulem in albano
monte interfecturi essent philippum:
admonuit ut caueret. Unde in Sena
tu accusatus quom domum se recipe
ret inmisso inter turbam percussore
corruit inuidia caedis apud philippum
et cepionem fuit.

Aius Marius Septies consul
harpinas humili loco natus
primus honoribus ꝑ ordinem
functus Legatus Metello
et numidia Criminando consulatuz
adeptus Jugurtham captum an̄ cur
rum egit Inproximum annum
consul ultro factus Cimbros ī gallia
apud aquas sextias Teutones Insta
léá incampo sanudio uicit Deq; his
triumphauit usq; sextum consulatus
ꝑ ordinem factus. Pl. tr. Apuleium
mclauclam pretorem seditiosos. ex
S. C. interemit et quom Sulpitia
rogatione prouinciam Sylle eriperet
armis abeo uictus minturnis in pa
lude latuit. inuentus et incarcerem
coniectus inmissum percussorem gallū
uultus auctoritate deterruit: Acce
ptaq; nauicula in africam traiecit.
Ibi diu exulauit Mox cinnana do
minatione reuocatus ruptis Erga
stulis exercitum fecit: Cesisq; inimi
cis suis iniuriam ultus septimo con
sulatu: ut quidam ferunt uoluntaria
morte decessit

Aius marius Marij filius
xxvij annos consulatum
inuasit: quem honorem tam
immaturum mater fleuit: hic
patri Seuitia similis curiam armatus
obsedit inimicos trucidauit: quorū
corpora Intiberim precipitauit. In
apparatu belli quod contra Sillaz

parabat apud sacriportum uigilijs &
labore defessus sub diuo. requieuit: et
absens uictus fuge: non pugne inter
fuit. Preneste confugit: ubi ꝑ Lucre
tiam: fuga: quom omnia septa intel
ligeret Jugulandum se pontio Telesino
prebuit

Vtius cornelius Cinna Fla
gitiosissimus Rom. pu. suma
crudelitate uastauit. Primo
consulatu legem de exulibus
reuocandis ferens ab octauio Collega
ꝓhibitus: et honore priuatus urbe
profugit: uocatisq; adpileum seruis
aduersarios uicit: Octauium interfe
cit Ianiculum occupauit Iterum et
tertio se ipm̄ Consulem fecit Quarto
consulatu quom bellum contra Sillā
pararet occisus ē Ancone ob nimiā
crudelitatem lapidibus exercitu

Lauius Fimbria Seuissimus
quippe Cumae satelles Va
lerio flacco consuli legatus
in asiam profectus ꝑ simul
tatem dimissus corrupto exercitu
ducem interficiendum curauit Ipse
correptis imperij insignibus prouin
ciam ingressus Mitridatem pergamo
expulit Ilium ubi tardius porte pa
tuerunt incendi iussit. ubi miner
ue templum inuolutum fuit: Quod
diuina maiestate seruatum nemo
dubitauit. Ibidem fimbria milite
princeps secari ꝑcussit Mox á Silla

pergami oppreſſus corrupto exercitu
deſertus ſemet occidit

Iriacus genere Luſitanus:
ob paupertatem primo mer
cennarius deinde alacrita
te victor: audacia Latro
ad poſtremum bellum aduerſus ro
manos ſumpſit. eorumq; imperato
rem Claudium Minumeum. deinde
C. nigidium oppreſſit: pacem appto
maluit ultro petere: q̃ uictus etiã
quom alia dediſſet. Et arma reti
nerent bellum renouauit. Cepio.
quom uincere nõ poſſet duos ſatelli
tes pecunia corrupit: qui ob uirum
vino depoſitum peremerunt. quae
uictoria quia empta erat a ſenatu
nõ probata

Arcus Aemilius Scaurus no
bilis parum ꝑ nam pater
eius q̃uis patritius ob paup
tatem carbonarium nego
tium exercuit. Ipſe primo dubitauit
honores petere: an argentariam
facere. Sꝫ eloquentiae conſultus: ex
ea gloriam peperit. Primo ĩ Hiſpa
niam curriculum meruit ſub Ore
ſte in Sardinia ſtipendia fecit. Aedilis
iuſ reddendo magis q̃ muneri edendo
ſtuduit. Pretor aduerſus Iugurtham
tamen eius pecunia uictus conſul
legem de ſumptibus libertinorum ſuffra
gijs tulit. P. Decium pretorem ipſi
tranſeunti ſedentem iuſſit aſſurgere

eiq; veſtem diſcidit: Sellam concidit:
ne quis in eis ad eum iret edixit.
Conſul Ligures: et Gantiſcos domuit:
atq; de hys triumphauit. cenſor viã
ſtruxit. Pontem miluium fecit: tan
tumq; auctoritate potuit ut opimiũ
contra gracchum et ſaturninum
priuato conſilio armaret. Idem filiũ
ſuum quia preſidium deſeruerat
in conſpectum ſuum uetuit accedere:
Ille ob hoc dedecus mortem ſibi con
ſciuit. Scaurus Senex quom a Va
lerio Tri. pl. argueretur quaſi ſocios
et Latium ad arma coegiſſet. ad po
pulum ait. Varius Veronenſis Aemi
lium Scaurum ait ſocios ad arma
coegiſſe. Scaurus negat: utri potius
credendum putatis

Vcius Apuleius: Saturninus
Trib. mil. ſeditioſus: ut gra
tiam marianorum militum
pararet. Legem tulit: ut
ueteranis centena agri iugera in
africa diuiderentur: et intercedentẽ
Bebium collegam facta ꝑ populum
Lapidatione ſummouit. Glauciae
pretori q: is ea die quo ipſe contioẽ
habebat ius dicendo partem populi
aduocaſſet. Sellam concidit ut ma
gis popularis uideretur. Quendam
libertini ordinis ſubornauit: Qui
ſe Tiberij Gracchi filium fingeret:
et ad hoc teſtimonium Sempronia
ſoror Gracchorum producta nec ꝑ
cibus nec minis adduci potuit ut

dedecus familie agno sceret. Satur
ninus Aulo Nunnio Competitore
interfecto. Tr. pl. refectus Siciliam:
Achaiam: Macedoniam nouis colonis
destinauit: et aurum dolo aut sce
lere Cepionis partum ademptionem
agrum conuerteret. aqua et igni inter
dixit ei qui in leges suas nõ iurasset.
huic legi multis nobilibus abrogantibus
quom tonuisset: Clamauit. Iam inqt
nisi quiescetis grandinabit. Metellus
numidicus exulare q̃ iurare maluit.
Saturninus tertio .Tr. pl. refectus
ut Satellitem suum Glauciam preto
rem faceret Nunnium competitorem
eius in campo Martio necandum cu
rauit. Marius. S. C. armatus quo
censeret darent operam consules
ne quid detrimenti .Res. pu. caperet.
Saturninum et Glauciam persecutus
in capitolium obsedit: maximoq; que
incisis fistulis indeditionem accepit:
nec deditis fides seruata e. Glaucie
fracta ceruix Apuleius quom in curiam
fugisset lapidibusq; et tegulis desuper
interfectus. Caput eius Rabirius
quidam Senator ꝑ conuiuia in ludi
brium circumtulit

Lucius Licinius Lucullus
nobilis desertus et diues:
munus questorium amplis
simum dedit ꝑ Murenam
in asia classem Mithridatis et ptholo
meum regem Alexandrie consuli
Sille conciliauit Pretor Africam
iustissime tenuit. Aduersus mitrida
tem missus Collegam suum Cottam
Calcedone obsessum liberauit Ci
zicon obsidione soluit Mithridatis co
pias ferro et fame afflixit eumq; in
regno suo inponto expulit: quem rur
sus cum Tigrane rege Armenie subue
niente magna felicitate superauit
Nimius in habitu maxime signorum
et tabularum amore flagrauit. Post
quem alienata mente desipere cepit:
tutela eius .M. Lucullo fr̃i ꝑmissa est

Cornelius Silla in fortuna
foelix dictus quom paruulus
a nutrice ferretur. Mulier
obuia Salue inquit puer
et tibi et rei. pu. foelix et statim
quesita: que hec dixisset nõ po
tuit inueniri. Hic questor Marij
Iugurtham a Boccho indeditionem
accepit bello Cimbrico Teutonico lega
tus bonam operam nauauit Pretor
inter ciues ius dixit Pretor Siciliam
prouinciam habuit Bello sociali Sa
nites: hispanosq; superauit. ne mo
numenta bocchi tollerentur mario
restituit Consul asiam sortitus Mi
tridatem apud orchomenum et cho
roneam prelio fudit. archelaum
prefectum eius athenis uicit. por
tum pirrheum recepit: medos et
Dardanos in itinere superauit. Mox
quom rogatione Sulpicia imperiũ
eius transferretur ad Marium in
Italiam ingressus corruptis aduersa

riorum exercitibus Carbonem Italia
expulit Marium apud Sacriportum
Telesinum apud portam collinam
uicit: Mario preneste interfecto fe
licem se edicto appellauit Proscriptio
nis tabulas primus proposuit nouem
milia deditorum in uilla publica oc
cidit numerum sacerdotum auxit:
Tribunitiam potestatem minuit Re
publica ordinata dictaturam depo
suit. Unde spe receptus puteolos
concessit et morbo qui pitiriasis dr
interyt.

MIthridates rex ponti oriun
dus a septem persis ma
gna ui animi et corporis
ut sexiuges equos relude
ret quinquagesimo gentium ore
loquebatur bello sociali dissiden
tibus romanis nichomedem Bithi
nia. Ariobarzanem Capadocia expu
lit litteras per totam asiam misit ut
quicumque romanus esset interficeretur
certa die et factum est: Greciam
omnes insulas excepta rodo occupa
uit Silla eum prelio uicit Classe
eius proditione archelai intercepit:
ipsumque apud dardanum fluuium
fudit: et oppressisset et potuit capere
nisi aduersum marium festinans
qualemcumque pacem componere ma
luisset deinde eum argis resisten
tem fu lucullus fudit. Mithridates
post a Pompeio nocturno prelio
uictus in regnum confugit ubi per

seditionem populorum a pharnace
filio inturre obsessus uenenum sum
psit: quem id Tardius biberet: qui
aduersum uenena multis ante me
dicaminibus corpus firmauerat in
missum percussorem Gallum auctori
tate uultus territum reuocauit et
in caedem suam manum trepidantis
adiuuit.

Neus Pompeius Magnus
Bello ciuili Sillae partes
sequutus ita egit ut ab eo
maxime diligeretur Sici
liam sine bello proscriptis recepit. nu
midiam hiarbe ereptam massinisse
restituit xx°vi annos natus trium
phauit: Lepidum Sille rescindere
uolentem priuatus italia abnegauit.
Pretor in hispaniam proconsulibus mis
sus Sertorium uicit Mox pirathas
intra xl diem subegit Tigranem
ad deditionem Mithridatem ad ue
nenum compulit deinde mira fe
licitate rerum in septentrione Alba
nos: Colchos. Enoicos: Capsicos: ibe
ros: nunc in oriente parthos: ara
bes: atque uideos: cum magno sui
terrore primus in hyrcanum Ru
brum Arabicum Mare usque peruenit:
Moxque diuiso orbis imperio: Quem
Crassus Siriam: Caesar Galliam.
Ipse urbem obtineret Post cedem
crassi Caesarem dimittere exer
citum iussit cuius infesto aduentu
urbe pulsus in pharsalia uictus

ad Ptholomeum Alexandriȩ regē
confugit: huius sub oculis uxoris:
et Liberorum a Septimio Ptholomei
prefecto mucrone confossum est sed
q; defuncti caput gladio precisum ē:
qđ usq; ad ea tempora fuerat ignora
tum Trun Nilo iactatus a Seruio
codro rogo inustus humatus q; est
inscribente sepulchro Hic positus
est magnus. caput ab acchilla Ptho
lomei Satellite uelamine egiptio
inuolutum cum anulo cesari presen
tatum est qui nō continens Lachri
mas illud plurimis et pretiosissi
mis odoribus cremandum curauit

ΤΕΛΩΣ

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE MSS

Questo Codice fu donato a me Giovanni Lami dall'
Eccellentiſsimo S.r D. Romualdo di Sterlich Marche-
se di Cermignano & il quale ricevei il dì 10 di
Novembre 1750.

"Cc. 141 con antica numerazione esatta, più una guardia scritta in principio. Sono bianche le cc. 35, 140, 141."

LA

ott. 1915

PERSII
SATIRAE
ETC.

SAEC. XV

...ritti
...gl.
VII
948